Medicina aphoristica sive auctorum qui ea de re scripserunt delectus quorum quamplurima recensita, nonnulla ad praesentis medicinae utilitatem accomodata / Cura, et studio Januarii Perotti.

Contributors

Perotti, Gennaro.
Almeloveen, Theodoor Jansson ab, 1657-1712
Celsus, Aulus Cornelius
Hippocrates. Aphorisms.
Le Maistre, Rodolphe, -1632
Verhoofd, Lucas
Waldschmidt, Johann Jakob, 1644-1687. Monita medico-practica per plurimos morbos illustrata

Publication/Creation

Neapoli : Typis Felicis Mosca, de aere Bernardini Gessari, 1712.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/mh6cwqyz

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

40450/A/2

A XXIV
18/P

~~a 26.~~ 7. 6463

MEDICINA

APHORISTICA.

P. de Mattets In. Malear Scul.

6963

MEDICINA APHORISTICA SIVE AUCTORUM

Qui ea de re ſcripſerunt

DELECTUS QUORUM

Quamplurima recenſita, nonnulla ad præſentis medicinæ utilitatem accomodata

CURA, & STUDIO

JANUARJ PEROTTI

Archiatri Neapolitani.

Neapoli. Typis Felicis Moſca
De ære Bernardini Geſſarj MDCCXII.
Publica Auctoritate.

LIBRI
DE
MEDICINA
APHORISTICA,

Qui hoc volumine componuntur

Hippocratis aphorismi cum aliis locis tum ipsius, tum aliorum Auctorum maxime Celsi parallelis.

Leges Medicinæ Hippocratis aphorismis irrogatæ.

Monita Medica Johannis Jacobi Waldschmidt.

Insigniores sententiæ Aur. Corn. Celsi.

Illustriss., ac Reverendiss. Viro

SALVATORI MIROBALLIO

Patricio Neapolitano, & Neapolitanæ Ecclesiæ Diacono Cardinali, ac Divæ Mariæ a Monte Regali Abbati meritissimo Patrono suo in primis colendo.

BERNARDINUS GESSARIUS
S. P. P.

Neapolitanis Typis de meo ære Medicina Aphoristica, sive quorundam celebriorum Auctorum, qui de

re Medica leges, ac placita ſcripſerunt, Delectus prodit. Multæ ſunt cauſſæ, quamobrem hũc Tibi Librum. Vir Illuſtriſsime, do, dedicoque; primum qua Viro, qua Patricio, qua Sacerdoti adprime digno, cujus fidei præclariſſimorum monumenta Scriptorum committantur. Ita namque tum mentem interioribus diſciplinis, tum pulcherrimis virtutibus animum exornaſti, ut conſumma-

matum Virum exhibeas: ex antiquiſſimo autem, ac belli paciſque artibus præclariſſimo Miroballiorum genere prognatus humanitatem, fidem, gravitatem tanto excolis opere, ut verum Patricium abſolvas: poſtremo ſummi pietatem Numinis, & morum ſanctitatem præ te talem tantamque fers, ut Sacerdotem caſtiſſimum præſtes. Deinde (eaque propior cauſſa eſt,)

quum ſæpe de re Libraria tecum egerim, ſemper tuam ſingularem erga me comitatem, benignitatemque expertus ſum. Tandem illud me graviſſimum ad id momentum impulit, quod hic liber in quamplurimis ad præſentis medicinæ uſus a Cl. V. Januario Perotto eſt accõmodatus. Eo enim Tu, & familiariſsimo uteris, & Medicũ tanti facis, ut graviſsimo morbo conflictatus alie-

na-

natam furore mentem non alio, nisi Perotti nomine appellato, revocares; ejusq; doctrinæ, ac prudentiæ tuam salutem pluries ab orci faucibus ereptã apud omnes accepto referas. His de caussis confido fore, ut hunc Librum benigno, quo soles, animo excipias; & ego meo clientis tui obsequentissimi, Tu autem tuo Patroni mei optimi officio satisfacias. Vale. Datum Neapoli ex

nostra Officina Libraria VIII. Kal. Februarj Anno MDCCXII.

JANUARIUS PEROTTUS

LECTORIS.

EAM Medicinæ partem, quæ cognitionis est, ad summum ferme his temporibus pervenisse, qui inficias jerit, arbitror neminẽ; si is Phisiologiam, & nova Anatomes inventa serio, diligenterq; examinabit: quarum ope corporis viventis, & munerum pene omniũ, quibus in vita fungimur, claram nobis perspectamq; scientiam habere videmur. Neque vero lumina, quæ ab experimentali affulgent Philosophia, minorem rei medicæ utilitatem attulisse compertum est; quando ab ea Chymicam, Spagyricamq; maxima accepisse incrementa indubiũ omnino est, & exploratum. Et tamen post tot, tantaq; hujus scien-

tiæ

tiæ augumenta, fato nescio quo factum est, ut Medica praxis nihilomagis provecta sit: itaut quamplurimis hoc tempore utamur remediis, quibus majores nostri usi sunt; nec neoterica Medicina super Antiquorum observationes de signis, judiciisque quicquam amplius tradiderit. Quamobrem asseverare licet, Medicos omnes hoc tempore in disserendo alia, atque alia opinari; in medendo autem ut plurimum in empirica convenire. Quæ omnia quum sæpius mecum ipse perpenderem, mentem cogitationemque ad investigandas caussas, quæ medicæ praxeos profectus impedirent, adjeci. Et, nisi mea me fallit opinio, potissimæ videtur, quod omnes ad nova construenda systemata animum applicarunt; notas autem, conditionesque morborum observare, & historias de iis tradere neglexerunt. Id impedimen-

tum

tum notavit in aureo de noſtri temporis ſtudiorum ratione *lib. p.* 41. Johannes Baptiſta a Vico *in hæc verba*: In re Medica illa ſubſunt incomoda, quod quum morborum cauſſas non ſatis certo ſcire putemus, parum attendamus ſigna, faceſſamus ferme judicia: *& p.* 47. *ſubdit*: ſigna vero, & judicia veriſimilia ſunt, quæ longa obſervatione colliguntur. *Quod judicium tam verum eſt, ut merito jure dici poſſit, Medicinam partum eſſe humani ingenii, filiam temporis, ac obſervationũ. Obſervationes enim Medicinam neque incertam, ut quidam falſo putant, neque levibus innixam fundamentis præſtant; ſed firmas, ſtataſque regulas conſignant, longo medendi uſu, & noſtro, & aliorum confirmatas. Hanc obſervationum in re Medica neceſſitatem* Georgius Ba-

gli-

glivus *lib.* I. practicæ Medicæ *agnoſcens* in monitis Medicis *habet*. Longarum obſervationum inſtructa mens ſagax potiſſimum curandorum hominum rationem aſſequitur, præſertim ſi librorum lectio acceſſerit. *Et* monito 6. *id ipſum confirmat, quod, intermiſſo ſtudio de morbis aphoriſtice tractandis, atque ex effræni diſputandi licentia factum ſit, ut nullum praxis medica caperet incrementum. Et vero ſi quis inter medendum* Hippocratis aphoriſmos *conſideret; qui omni ævo plurimi habiti ſunt, utpote qui non ex vana, ſterilique garrulitate diſſerendi, ſed ex longi temporis, & quaſi per manus traditis obſervationibus nati ſunt; is eandem nunc eſſe, atque olim morborum naturam, eaſdem obire periodos, eoſdem obtinere mores animadvertet. Ut ex ve-*

ro,

ro, & non inelegantter idem Baglivus *scripserit*, Hippocratem in aphorismis non hominis voce, sed naturæ loquutum esse. *Quocum* Georgii *W*olfangi Wedelii in aphorismis aphorismorum in præfatione ad Lectorem *illud graviter convenit*: Sane ut verum fateamur, quoties Hippocratem legimus, toties doctiores recedimus, tam inexhaustæ doctrinæ fonte imbuti, quam ad ulteriorem meditationem invitati: *& paucis interiectis*; Nec Medicus dicendus, nec habendus est, qui non hos aphorismos aliquoties legerit, ac relegerit. *Et vero sive attendamus scientiæ practicæ sedulitatem, sive axiomatum constantiam, sive brevitatis pondus, nihil in re medica accuratius, nihil gravius, nihil momentosius ab omni hominum memoria scriptum esse videatur. Cum igitur*

hæc

hæc omnia mecũ ipse cogitarẽ, Bibliopola aphorismos Hippocratis *Neapolitanis typis dare forte volebat; itaque eum, ut Medicinam Aphoristicam ederet hortatus sum, sive in unum volumen componeret aliquot selectiores Medicos, qui aphoristice scripserunt. Hæc igitur ea est, quæ tibi in lucem nunc prodit. Complectitur autẽ* Hippocratis Aphorismos *juxta* Theodori Jãsonii *editionem cum aliis, tum ipsius* Hippocratis, *tum aliorum Auctorum, maxime* Celsi *locis parallelis illustratos. Hoc præciso, quod in hac editione, græca lectio omissa est; cæterum loci numero omnes, maxime* Celsi a Jansonio *editi juxta editionem Lindanam, quam ipse* Jansonius in Hippocrate, ac Celso *sequutus est, recensiti.* Hippocratis aphorismis *adjiciuntur nõnullæ leges medicinæ, quas superiore sæcu-*

lo

lo ineunte Rodolphus Magiſter *poſt aliam* aphoriſmorũ Hippocratis *editionem condiderat. Fateor quidem harum legum quibuſdam alias ſubrogaſſe, obrogaſſe alias; ſed ſcias eſſe, quas Recentiores medici communi ſuffragio antiquarunt, præſenti ſæculo commodas duntaxat ſequutum. Has leges excipiunt monita* Johannis Iacobi Waldſchmidt, *quæ præter cæteros hujus Auctoris libros maxima digna ſunt laude; atque ex mea quidem ſentẽtia plurimum medicæ praxi conducunt. Ea vero omnibus mẽdis, quæ in editione Francofurtenſi irrepſerant, quod* idem Auctor in præfatione inſtitutionũ medicarum *conqueritur, repurgavi. Præterea ſigla medica explicui, ac notas perſcripſi, ne quas omnino lectori offunderent tenebras. Poſtremo colophonem operi imponunt inſigniores ſententiæ*

tiæ ex Cornelio Celso *delectæ uti prostant in editione* aphorismorum Jansoniana. *Indicem communem, ac per communes morborum locos concinnavimus; quo promtius, Lector, quæ diversi scripsere, nunc in unum sub suo quæque genere collata pro vario, ac subito rerum usu ad manum habere possis. Hæc curavi qui, ut hominem de homine par est, quicquam de te promererem. Vale.*

REIMPRIMATUR.

SEPTIMIUS PALUTIUS VICARIUS GEN.

D. Petrus Marcus Giptius Canonicus Deput.

Mag. Artis Medicinæ Doctor Nicolaus Cirillo videat, & in scriptis referat.

GASCON R. GAETA R. ROSA R. ARGENTO R.

Provisum per S. E. Neap. 9. Decemb. 1711.

Mastellonus.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

JUssu Excellen. Tuæ vidi Libellum, cui Titulus *Medicina Aphoristica*; atque in eo nihil reperi, quod Regiæ Jurisdictioni adversetur; adeòque imprimi posse pūto, si ita Excellentiæ Tuę videbitur Neap. 12. Decembris 1711.

Excell. V.

Humillimus Servus.
Nicolaus Cyrillus.

Reimprimatur, verùm in publicatione servetur Reg. Pragm.

GASCON R. GAETA R. ROSA R. ARGENTO R.

Mastellonus.

HIP-

HIPPOCRATIS
APHORISMORUM

SECTIO PRIMA.

I.

Vita brevis, 1 ars longa, 2 occasio celeris, experimentum periculosum, 3 judicium difficile. 4 Oportet autem non modo se ipsum exhibere quæ oportet facientem, *b* sed etiam ægrum, *c* & præsentes, & externa.

1 *Loc. in Hom. L. 1.*
2 *Loc. in Hom LIV. 1.*
II. *Predict. XIX. 13.*
XIXX. 8.
I. *Morb. IV. 1. 2.*
I. *Morb. Mul. LXVI. 13.*
3 *Humor. l. 6. 7.*
Artic. IX. 7.
4 I. *Epid. II. 93. 94.*
VI. Epid. II. 78. ad 82.
a Cicer. A. Q. L. 1. IV. Joan. Sarisber. de Nug. Curial. Prol.
L. 1. Isidor. Perusiot.
L. 5. Ep. CCXLIV.
Senec. de Brev. Vit.
b Cels. III. 6. p. 127.
L. 20. & L. VI. 6. §. 14. pag. 358. L. 8.
c Art. XI. 2.
L. 5. Cap. 1.
Ben. Syræ apud. Philipp. Caroli animadvers. in Agell. l. I. c. 2. Animad. 2.

2. 1 In perturbationibus alvi, & vomitibus 2 sponte evenientibus, 3 siquidem, qualia

oportet purgari, purgentur, confert, & facile ferunt: ſin minus, contrà. 4 Sic & vaſorum evacuatio, ſiquidem, qualem fieri decet, fiat, confert, & facile ferunt: ſin minus, contrà. 5 Reſpicere igitur oportet, & regionem, & tempeſtatem, & ætatem, & morbos, *a* in quibus convenit, aut non.

Verat. uſ. I. 9.
1 *Aph. II. 14.*
I. *Prædict. XX. 8.*
II. *Epid. XLVII. 11.*
2 *Aph. IV. 2. 21.*
VI. 15.
3 *Vid. Aph. I. 25.*
4 *Humid. uſ. V. 11.*
Vict. Acut. V. 24.
XXI. 5.
Aph. II. 29.
5 *Aph. I. 17.*

Humor. I. 14. ad 19.
II. Morb. Mul. IV. 1.
Epiſt. Democr. ad Hipp. 30. ad 34.
a Orat. Theſſ. filii 130.
I. Diæt. II. 12. 13. &c.
Celſ. præf. I. p. 18. l. 33. III. 4. p. 119. l. 31. V. 26. §. 6. pag. 284. l. 31.

3. 1 In exercitantibus 2 *a* boni habitus ad ſummum progreſſi, periculoſi, ſi in extremo fuerint. 3 Non enim poſſunt in eodem manere, neque quieſcere. Cum vero non quieſcant, neque ultra poſſint in melius proficere, deliquum igitur in deterius. Horum igitur cauſa bonum habitum ſolvere confert haud cunctanter, quò rurſus renutritionis principium ſumat corpus. Neq; confidentiæ ad extremum ducendæ: 4 periculoſum enim: 5 ſed qualis natura fuerit ejus, qui perferet, eo uſque ducendæ. 6 Sic & evacuationes ad extremum ducentes, periculoſæ. Et rurſus refe-

refectiones, cùm extremæ fuerint, periculosæ.

1 *Aph. I.* 15.
2 *Epist. Hipp. ad Damag. II.* 209.
3 *IV. Morb. XI.* 15.16.
4 *Aph. II.* 51.
5 *Octimest. III.* 26.

6 *Aph. II.* 22.51.
Vet. Medic. XIIX. 1.
Vict. Acut. XVII. 10.
a Celf. II. pag. 48.
l. 5. *Basilius Magn. de vera Virg. p.* 131.
a Anthologri I. c. 83. 1.

4. 1 Tenuis & exquisitus victus, & in longis morbis semper, 2 & in acutis, ubi non convenit, periculosus. 3 Et rursus ad extremum tenuitatis progressus victus, difficilis. 4 Nam & repletiones ad extremum progressæ, difficiles sunt.

1 *Aph. I.* 5.
Præcept. XI. 4.
2 *Vict. Acut. XX.* 6.7.
3 *Aph. I.* 3. *II.* 51.
4 *Aph. VI.* 39. *Æginet. lib.* 1. *c.* 32.

a Celf. III. 2. *pag.* 114. *l.* 21.
l 3. *III.* 15. *pag.* 145

5. 1 In tenui victu delinquunt ægri: 2 ob id magis læduntur. Omne enim delictum, quod committitur, multò majus fit (in tenui) quam in paulò pleniore victu. Propterea etiam sanis periculosus est valde tenuis & constitutus & exquisitus victus; quia delicta gravius ferunt. Ob hoc igitur tenuis & exquisitus victus periculosus magis, quam paulò plenior.

1 *Aph.l.4.*

2 *Vet.Medic.XV.6.ad* 14.
Vict.Acut.XX.6.7.11.

6. *a* Ad extremos morbos, extrema remedia exquisitè optima.

a Cels.II.10.p.84. l.8.IV.9.p.232.l.15.
Cicero de Officiis lib.I.cap.24.

Loc.in Hom.XXXVI.14
LV.7.ad 11.
Articul.l.9.
Aretæus de curat.Acutor.1.4.pag.155.
Sarisbenensis de Nug.Cur al.IV.8.

7. 1 Ubi igitur peracutus est morbus, 2 statim extremos habet labores, & extremè tenuissimo victu uti necesse est. *a* Ubi verò non, sed plenius cibare licet, tantum *à tenui* recedendum, quantum morbus remissior extremis fuerit.

1 *Aph. IV.* 10.
2 I. *Epid.III.29.* 33.

II.Epid.l.24.
*a Cels.III.6.p.*131.*l.28.*

8. 1 Cum morbus in vigore fuerit, tunc veltenuissimo victu uti necesse est.

Vict.Acut.XVII.11.
XX.1.ad 6.

1 *Aph.*

1 *Aph. II. 29.*

9. Considerare oportet etiam ægrotantem, *a* num ad morbi vigorem victu sufficiet, 1 *b* & an prius ille deficiet, & victu non sufficiet, vel morbus prius deficiet, & obtundetur.

Vict. Acut. XIX. 5. ad 10.
1 *Aph. I. 23. Humor. III. 87.*

a Cels. III. 3. pag. 120. *l.* 7. *II.* 10. *pag.* 78. *l.* 13. *III.* 6. *pag.* 131. *l.* 21. *V.* 26. *pag.* 295 *l.* 21. *Chrysost. in. Psal. VII. p.* 86. *ed. in fol.* 1614.
6 *Cels. III.* 4. *pag.* 110. *l.* 34.

10. *a* 1 Quibus igitur statim vigor adest, statim tenuiter alendi. Quibus vero in posterum vigor, 2 his ad illud & paulo ante illud *tempus* subtrahendum. Ante vero uberius alendum, ut sufficiat æger.

1 *Vict. Acut. XIX. 8. 9. Affection. XLII. 3.*

a Cels. III. 2. p. 114. *l.* 1.

11. 1 In exacerbationibus *cibum a* subtrahere oportet. Exhibere enim noxium est. Et quæcunque per circuitus exacerbantur, in exacerbationibus subtrahere oportet.

1 *Aph. I.* 19. *Natura Hum. XIIX.* 30.31. *Humor. III.* 82. *Loc. in Hom. XXXIX.* 1. *Affection. XLII.* 3. *LII.* 14.

Vict. Acut. X. 2. *a Celſ. III.* 4. *p.* 122. *l.* 21. *III.* 6. *p.* 126. *l.* 19. *Cælius Aurelian. de Morb. Acut. l.* 11. *p.* 30.

12. 1 Exacerbationes autem & conſtitutiones indicabunt morbi, & anni tempora, & periodorum ad invicem *collata* incrementa, ſive quotidie, ſive alternis diebus, ſive longiore fiant tempore. Sed etiam iis, quæ *mox* apparent *eadem indicantur*, 2 velut in pleuriticis ſputum, ſi ſtatim appareat veniente *morbo*, abbreviat: ſi verò poſtea appareat, producit. 3 Et urinæ, & alvi excrementa, & ſudores, cum apparent, vel judicatu faciles, vel difficiles, 4 vel breves, vel morbos *fore* indicant.

1 *II. Epid. I.* 27. *ad* 30. 2 *Aph. V.* 8. 15. *Prænot. XIII.* 1. 12. *XIV.* 11. *Coac. pr. III.* 132. 143. *III. Morb. XXI.* 33. 34. *Affection. VIII.* 19. *Vict. Acut. VII.* 1.

3. *Aph. IV.* 71. *Coac. pr. V.* 82. *I. Epid. III.* 10. 4 *Vict. Acut. VI.* 6. 7. *a Celſ. III.* 4. *pag.* 122. *l.* 17.

13. Senes facillime jejunium ferunt, ſecundò ætate conſiſtentes. Minimè *a* adoleſcentes *b*. Omnium minimè pueri: ex his autem, qui inter ipſos ſunt alacriores.

a Celſ.

a Celſ.præf.l.p.19. l.12.13. p.32.l.24.

b Celſ. præf. l.1. p.19. l.21.

14. 1 Quæ creſcunt, plurimum habent calidi *a* innati: plurimo igitur egent alimento: ſin minus, corpus conſumitur. *b* Senibus autem paucus calor: propterea paucis fomitibus indigent, à multis enim extinguitur. 2 Idcirco etiam febres ſenibus non ſimiliter acutæ. 3 Frigidum enim eſt corpus.

1 *Arte.XXII.2.*
I.Diæt.XXIIX.5.6.7.
Natur.Hum.XXIV.7.
8.

2 *Aph. III. 7.*
I.Morb.XX. 15.16.
XXI. 16.
3 *I.Diæt. XXIIX.20.*

XVIII.9.10.11.
I. Morb.XX.14.24.
Morb. Sac.X.10.

a Celſ.l.3.p.32. l.28.
b Aeginet. l.23.

15. 1 *a* Ventres hyeme & vere natura ſunt calidiſſimi, & ſomni longiſſimi. 2 In his igitur temporibus etiam alimenta plura exhibenda. Innatum enim calorem majorem habent. Nutrimento igitur copioſiore indigent. Indicium ſunt, *b* ætates & *c* athletæ.

1 *Humor. V.4.*
Aër. Aq. Loc.II.2

2 *Aph. I. 18.*
Salub.Diæt.I.2. 26.

IV. Morb.XVII.9.
a Celſ.l.3.præf.p.19. l.23.
Celſ. l.3. p.33. l.7.

b Celſ. I. præf. p. 19. l. 21.
Ægin.l.53.Plin.XI.53
c Celſ.l.præf.p.19.l.25.

16. 1 *a* Victus humidus febricitantibus confert, 2 maximè verò pueris, & aliis tali victu uti consuetis.

1 *Insomn. XV.* 12.15.16.& 17.
III. Morb. XXXI. 11.

2 *Salub. Diæt. II.* 5.11.
a Cels. III. 6.*p.*130.*l.*32.

17. 1 Et quibus semel aut bis, & plura vel pauciora, & per partes *offerri conducat, videndum*. 2 *a* Concedendum autem aliquid & consuetudini, & tempestati, & regioni, & ætati.

1 *Vet. Med. XVIII.* 4. 5. *&c.*
Vict. Acut. V. 19.20. *XIX.* 6. 30. *ad* 34.
Humor l. 14. *VIII.* 23.
a Cels. l. 3.*pag.* 24.*l.* 25.

2 *Aph. II.* 49. 50.
I. Diæt. II. 10. *ad* 21.
III. Diæt. I. 10.*ad* 15.
Natur. Hum. XVIII. *I.* 3.*pag.* 110.*l.* 30. & *III.* 5.*pag.* 126. *l.* 24. 29.

18. Æstate *a* & autumno cibos difficillimè ferunt: 1 hyeme facillimè, deinde vere.

1 *Aph. I.* 15.
Humor. VIII. 24.

a Cels. l. 3.*p.* 33.*l.* 23. & 29.

19. His

19. His qui per circuitus exacerbantur, *a* nihil dare *oportet*, neque cogere, ſed auferre de appoſitionibus ante judicationes.

Aphor. I. 11.
Humor. III. 82.

a Celſ. III.4.p 122. *l.*31. *III.* 5.*pag.*127. *l.*5.10. *III.*6.*p.*133.*l.*17.

20. Quæ judicantur & judicata ſunt perfectè, neque movere *oportet*, 1 neque innovare, ſive purgantibus, ſive aliis irritamentis, 2 ſed ſinere.

Humor. III. 83.
1 *Nat. Hum. XIX.* 8.

*II. Epid. l.*17.
2 *Aph. II.* 29.

21. Quæ ducere oportet, 1 quò maximè vergant, eo ducenda, 2 per loca convenientia.

*Humor. I.*2.24. *III.* 85.
1 *VII. Epid. XXXII.*4.
2 *Aph. VII.*61.

Loc. in Hom. XXXIII. 13.
*LV.*11.12.

22. 1 Concocta purgare & movere *oportet*, 2 non cruda, 3 neque in principiis, 4 niſi turgeant. Plurima verò non turgent.

Aph. IV. 13. *VII. Epid. XXXII.* 1.
Humor. III. 84. 2 *Aph. VII.* 68.
1 *Humor. l.* 3. 3 *Aph. I.* 24.
V. Epid. XXV. 12. *II.* 29.

Loc. in Hom. XXXVIII. *V.* 29.
9. 10. 1. *Morb. Mul. XXVI.*
VII. Epid. XXXII. 5. 31.
4. *Aph. IV.* 1. 10. *LXIII.* 11

23. 1 Quæ prodeunt non copiâ ſunt æſtimanda, ſed ſi prodeant, qualia oportet, & facilè ferat. 2 *a* Et ubi ad animi deliquium ducere oportet, 3 hoc etiam faciendum, ſi æger ſufficiat.

Humor. III. 86. 87. 2 *Loc. in Hom. XXXIX*
1 *Vid. Aph. I.* 25. 9.

Vict. Acut. LII. 8. 9. *II. Morb. Mul. XXIX.* 9.

24. 1 In acutis affectionibus rarò, 2 & in principiis, purgante utendum, 3 atque hoc diligenti prius adhibita cautione faciendum.

Humor. III. 97. *V.* 4.
Purgant. IV. 1. 1 *Aph. IV.* 10.

2 *Vid. Aph. l.* 22. 3 *I. Morb. Mul. XXIII.*
9.

25. Si, qualia purgari oportet, purgentur, confert & facile ferunt: ſi verò contraria difficulter.

Aph.

Aph. I.2.23. *IV.* 3.

Humor. II.49. *VI.Epid.IV.*30.

SECTIO SECUNDA.

I.

QUo 1 in morbo *a* ſomnus laborem facit, lethale : ſi verò ſomnus juvet, non eſt lethale.

I.Epid. III.*Æg* VII. 13. *II.Epid.*III. 12. 1 *Aph.IV.* 67.

*I.Prædict.XV.*5.17. *VI.Epid.VIII.* 5. *a Celſ.II.*6.*pag.*55. *l.* 32.

2. Ubi ſomnus delirium *a* ſedat, bonum.

*I.Epid.*III. *Æg.* VII.13.16.
*II.Epid.*III. 11. 12.

*a Celſ.*III.18.*p.*152.*l.*4.

3. 1 Somnus, *a* vigilia, utraque modum excedentia, malum.

Aph. VII.71.
Humor. III 78.

1 *Coac.II.* 35.
VI. Epid.VI. 6.
*a Celſ.II.*4.*pag.*51.*l.*7.& *l.*4.

4. 1 *a* Non ſatietas, non fames, neque aliud quicquam bonum eſt, 2 quod naturæ excedat.

*VI.Epid.VIII.*16. 1 *Aph. II.* 22.
II. Morb. XVI. 13. 2 *Aph.II.* 51.

*Vet.Medic.XV.*10.15.
*a Celſ. l.*2. *p.* 23. *l.*26. *l.* 3. *p.* 24. *l.* 32.
*Tertullianus ad Senatorem Leon. Novell. Conſt.pag.*15. *Ariſtot. de Morib.II.*2.
Sarisberienſis de Nug. IV. 9.
*Nilus Epiſcop.& Martyr in Paræneſ.pag.*44.

5. Spontaneæ *a* laſſitudines morbos denuntiant.

Aph. IV. 31.

6. Quicunque aliqua corporis parte dolentes, dolorem ferè non ſentiunt *a* his mens ægrotat.

*a Celſ.II.*7.*pag.*62.*l.*27.

*a Celſ.II.*2.*p.*48.*l.*13.& 31.

7. Quæ longo tempore extenuantur corpora, lentè reficere oportet: 1 quæ verò brevi, celeriter.

Aliment. XI. 6. 7.

1 *Aph. II.* 11. 18.

8. Si

8. Si à morbo cibum quis capiens non roboretur, indicat corpus uberiori alimento uti. 1 Si verò cibum non capienti hoc eveniat, 2 evacuatione opus habere nosse oportet.

Aph. II. 31 *Coac. I.* 179.

1 *Aph. IV.* 41. 45. 2 *Aph. II.* 22. *VII.* 64.

9. Corpora ubi quis purgare voluerit, facilè fluentia reddere oportet.

Aph. IV. 13. *VII.* 70.

IV. Morb. IX. 1.
a Cels. III. 18. *p.* 155. *l.* 1.

10. Impura corpora, quò magis nutriveris, eò magis lædes.

Aph. VII. 65. 67. *XIX.* 10. *ad* 14.
Vet. Med. XII. 11. 12. *Præcept. XI.* 4.

II. Morb. XVI. 13. *XXI.* 20.

11. Facilius est repleri potu *a* quam cibo.

Vet. Medic. XII. 3. 9. *Aliment. XI.* 5.

a Cels. l. 2. *p.* 23. *l.* 29. *Aph. II.* 7. 18.

12. Quæ in morbis post crisim relinquuntur, 1 *a* recidivas facere solent.

Humor.VII.16.17. *IV. Epid. XVIII.20.*
II.Epid I.81. *VI.Epid, II. 32.*
III. 72. *III. 62*

II. Morb.XVI 12.13. *I. Prædict. l.1.*
XXI.20. *a Cels.II. 14. pag.89.*
XXXVII.19. *l.16.*
1 *Aph. IV. 36.*

13. Quibus crisis fit, his nox ante exacerbationem gravis est: *a* Subsequens verò levior plerumque.

VI. Epid.II. 42. 1 *I.Epid.III.Æg.VII. 13.*

III. Epid.III.66. *a Cels. III.5.pag.124. l.32.*

14. 1 In alvi profluviis mutationes excrementorum juvant, 2 nisi in prava mutentur.

II. Epid.II. 3. 1 *Aph. I. 2.*

a Aph. IV. 21.

15. 1 Ubi fauces ægrotant, aut tubercula in corpore exoriuntur, excretiones inspicere oportet: Si enim biliosæ fuerint, corpus una ægrotat: Si verò similes sanis fiant, tutum est corpus nutrice.

1 *Aph.III. 26.*

16. Ubi

16. Ubi fames, non oportet laborare.

a Celſ. l.2. p.24. l.17.

17. Ubi cibus præter naturam copioſior ingreſſus fuerit, id morbum facit. Oſtendit autem ſanatio.

Aph.II.22.
Vet. Medic.VIII.16.
XII.10.
XIII. 11.24.
XIX. 6. 31.
I. Diæt.XXX.15.

III. Diæt XV.16.
Loc in Hom.LII.8.9.
San.Tuend. ad Demet. 8.
Affect. XXVIII.1.2.
Morb.Sac.XVIII.30.
Ep. Abderit. ad Hip. 40.

18. Eorum quæ confertim & celeriter nutriunt, celeres etiam fiunt egeſtiones.

Aph.II.7.11.
Aliment.XI.4.5.

VI. Epid.V. 37.53.

19. Acutorum morborum non omninò *a* tutæ ſunt prædictiones, neque mortis, neque ſanitatis.

Deſent. Ornat. X.7.8.

a Celſ. II. 6. pag.57. l.33.

20 Quibus, dum ſunt juvenes, alvi ſunt humidæ, iis ſeneſcentibus ſiccantur.

Qui-

Quibus vero, dum ſunt juvenes, alvi ſunt ſiccæ, his ſeneſcentibus humectantur.

Aph. II. 53.

21. *a* Famem vini potio ſolvit.

a Celſ. I. 3. p. 26. l. 29.

22. 1 *a* A repletione quicunque fiunt morbi, evacuatio ſanat. Et quicunque ab evacuatione, repletio: 2 Et aliorum contrarietas *ſanat.*

Nat. Human. XVII. 11. 12. 13.
San. Tuend. ad Dem. 8.
VII. Epid. VIII. 16.
1 *Aph. II. 8.*
Flat. II. 9. ad 16.
III. 2. 3.

2 *Aph. II. 48.*
Vet. Medic. XXXII. 11. 18.
Loc. in Hom. LI. 6.
LII. 2.
LIV. 6.
I. Epid. II. 95.
Morb. Sac. XVIII. 30 32. 33. 35.
a Celſ. I. 3. 28. l. 5.

23. Acuti morbi in quatuordecim diebus judicantur.

Aph. II. 19.
Judicat. IV. 12.

Coac. I. 190. 211.

24. Septimorum quartus eſt index. *a* Alterius ſeptimanæ octavus eſt initium. Notandus verò undecimus: is enim quartus eſt alte-

alterius ſeptimanæ. Notandus rurſum decimus ſeptimus: hic enim eſt quartus quidem à decimo quarto, ſeptimus verò ab undecimo.

*Aph.*IV. 36.71. *Judicat.II.7.ad* 12.
Septimeſt.VIII.6. *Prænot.XX.* 5.*ad* 10.

*a Celſ.III.4.p.*121. *l.*1. *ad* 9.

25. Quartanæ æſtivæ *a* plerumque fiunt breves: autumnales verò longæ, 1 & maximè quæ prope hyemem incidunt.

*Nat.Hum.XXIX.*5. *I.Epid.III.*17.
6.7. 1 *Coac. I.* 236.

*a Celſ.II.8.p.*76.*l.*9. *III.*16.*p.*147. *l.*7.

26. 1 Febrem convulſioni ſupervenire melius eſt, 2 quàm convulſionem febri.

*Coac.III.*80. 82. *Coac.I.* 231.
I.*Morb.VI.*13.14. *San.Tuend. ad Dem.*10.
1 *Vid.Aph.*IV. 57. 2 *Aph.VII.* 13.
V.5. 70. *Judicat.XII.* 11.

*a Celſ.II.8.p.*70.*l.*2. *Coac. II.* 207.
& 5. *III.* 82.

27. 1 His, *a* quæ non ſecundum rationem levant, credere non oportet, neque timere valdè quæ præter rationem fiunt prava. Multa enim horum ſunt inconſtantia, nec admodum permanere, neque durare ſolent. 1 *I. Pra-*

1 *I.Prædict.VI.16. II.Prædict. XXIX.6. VII.7. Coac.I.73.*

III.100.109.110. & II.14.pag.89. II. Epid.III 132. l.16.
a Celſ.II. 7.p.60. l.12.

28. Febricitantium non omninò leviter, 1 permanere,& nihil remittere corpus, 2 aut etiam magis quàm pro ratione colliquefieri *a* malum eſt. Illud enim morbi longitudinem indicat, *b* hoc verò infirmitatem.

1 *Humor. III. 17.* 2 *Aph. V. 55.*

Humor.III. 52. *b Celſ.II. 5.p. 53.l.24.*
a Celſ.II.2.p.51.l.21. & II.7.p.58.l.19.
& II.4.p.51.l.21.

29. 1 Incipientibus morbis, 2 ſi quid movendum videatur, move: 3 vigentibus verò, quieſcere melius eſt.

Loc.in Hom.XXXVIII 1 *Vid.Aph.I.22.12.*
9.10.11. 2 *II.Mor.Mul.XXIV*
Purgant. IV. 1. 18.

3 *Aph.I.24.* *II.Morb.XII. 34.35.*
II.30. *III.XXIV.57.58.59.*
I.*Epid.III.29.*

30. Circa principia & fines omnia ſunt debiliora. 1 Circa vigores verò vehementiora.

1 *Aph. II. 29.*

31. A morbo bellè comedenti, nihil proficere corpus, malum eſt.

1 *Aph.II.* 8.

*Coac.I.*179.

32. Ut plurimum omnes, qui malè habent, circa principia quidem benè comedentes, & nihil proficientes, ad finem rurſus cibum non appetunt. 1 Qui verò circa initia quidem cibum omninò non appetunt, poſteà autem benè appetunt, meliùs liberantur.

Coac.I. 179.

1 *Aph.VII.* 6.

33. In omni morbo mente valere, *a* & benè ſe habere ad ea, quæ offeruntur, bonum eſt: contrarium verò, malum.

De Medico. III. 9.
Coac. I. 72.

*a Celſ.II.*3.*p.*49.*l.*32.

34. In morbis minùs periclitantur, quorum naturæ, & ætati, & habitui, & tempori magis ſimilis fuerit morbus, quàm *in* quibus horum nulli *fuerit* ſimilis.

*Aph.VIII.*1.8. *Dieb.judicat.I.*11.*ad* 15.
*Humor.VI.*1.*ad* 5.

VI.

VI. *Epid.* VIII. 43. *ad* 46. *Affection.* VII. 3.

35. In omnibus morbis, 1 quæ *partes* ad umbilicum & imum ventrem *sunt*, crassitudinem habere melius est. *a* Valdè autem tenues & *b* eliquatas *ipsas habere*, malum. Periculosum verò illud est, etiam ad infernas purgationes.

Prænot. X. 2. *I. Morb. Mul.* LXXXVII. 9.
1 *Aph.* II. 28.

a Cels. II. 31. *pag.* 49. *l.* 21. *b Cels.* II. 4. *pag.* 51. *l.* 16.

36. Qui sanâ habent corpora, *a* pharmacis purgati citò exolvuntur, *ut* & qui pravo utuntur cibo.

Ap. II. 37. IV. 16. *Verat. us.* I. 12. *Epist. Dem. ad Hip.* 16.

a Cels. II. 13. *pag.* 87. *l.* 24.

37. Qui benè valent corpore, 1 purgatu sunt difficiles.

Aph. II. 36. IV. 16.

Verat. us. I. 5. 12. 1 *Aph.* IV. 5.

38. Paulò deterior, & potus, & cibus, jucundior, eligendus potiùs, quam meliores quidem, sed ingratiores.

De

De Arte XII.10. IV.*Morb.*XII.7.
VI.*Epid.*IV.26. *Affection.*XLII.1.2.

*Vict.Acut.*XV.1.2. XVIII.2.4.

39. 1 Senes ut plurimum *a* quidem juvenibus minùs ægrotant. 2. Quicunque verò ipsis *b* morbi fiunt diuturni, plerumque commoriuntur.

1 *I.Morb.*XX.13.15. 2 *Aph.V.*7.

*a Cels.*II.1.*p.*43.*l.*14. *b Cels.*II.8.*p.*73.*l.*8.

40. Raucedines, & gravedines, *in* valdè senibus non coquuntur.

41. Qui sæpè & vehementer, absque manifesta causa, animo linquuntur, ex improviso moriuntur.

Coac. I.83.

42. Solvere *a* apoplexiam, vehementem quidem, impossibile: debilem verò, non facilè.

*Cels.*II.8.*p.*76.*l.*3
Aretæus de Diurn. Affectibus. 1. 7. *& de Curat.Acutor.*I.4.

43. Ex *a* iis, qui strangulantur, & resolvuntur, nondum autem sunt mortui, non se recolligunt, 1 quibus spuma circa os fuerit.

1 *Morb.Sac.*VIII.18.

*a Cels.*II.8 *p.*76. *l.*17.

44. Qui

44. Qui natura *a* ſunt valdè craſſi, magis ſubitò moriuntur, quàm graciles.

a Celſ.II.1.p.47.l.25.

45. Epilepticis pueris, mutationes, 1 maximè ætatis, 2 & regionum, & viarum, liberationem faciunt.

Vid.Aph.V.7. II. *Prædict.XVI.1.2.3.*

Morb. Sac.XIII.6. 1 *Aph.III.28.*
2 VI.*Epid.VI.36.*

46. Duobus doloribus ſimul obortis, non in eodem loco, vehementior 1 obſcurat alterum.

Humor. XI.16.17.

1 *Aliment.I.11.*

47. Circa puris generationes, dolores, & febres magis accidunt, quàm *ipſo* facto.

Vet.Medicin.XXXIII.8. ad 12.

Prænot.XVII.6. *Ulcerib.II.8. ad* 11.

48. In omni *a* corporis motu, quando dolere cœperit, interquieſcere ſtatim laſſitudinem curat.

Aph.II.22. *a Celſ.I.3.p.25.l.11.*
Præcept.XIII.4. *& p.26.l.33.*

Nat.

Nat.Human.XVII.14. Flatib.II.14.
15.

49. Consueti solitos labores ferre, etiamsi fuerint debiles *a* aut senes, insuetis, robustis *licèt* & juvenibus, faciliùs ferunt.

a Cels.I.3.p.25.l.7. Cicero Tusc. Q. II.17.

II.Diæt.XLIV. 2.3.4.

50. A multo tempore *a* consueta, etiamsi fuerint deteriora, *b* insuetis minùs turbare solent. 1 Oportet igitur etiam ad insolita mutare.

II.Diæt.XLIV.4. Humor.III.115. Humid.us.III.8.

Vict.Acut.XVIII.2. ad 6. XXXII.5.6.

1 *Aph.I.17. II.22.51.*

a Macrob.Saturn.VII. 8.

b Cels.I.3.p.27.l.1. Agatharch. Excerpt. L. V.Cap.50.p.70.

c Cels.I.3.p.25.l.9.

51. Multùm, & derepentè, 1 evacuare, 2 *a* aut repellere, aut 3 calefacere, *b* aut 4 frigefacere, aut aliter quocunque modo corpus 5 movere, *c* periculosum est. 6 Nam etiam omne multum (i. e. *nimium*) naturæ est inimicum. 7 Quod verò *d* paulatim *fit*, tutum est: tum aliàs, tum si quis 8 ex altero ad alterum transeat.

Vict.

Vict. Acut. XVII. 12. XXIII. 15.
1 *Aph.* I. 3. VI. 27. 39.
3 *Aph.* I. 3. 4. II. 3. 17. VI. 39.
3 *Aph.* III. 1. V. 16.
4 *Aph.* III. 1.
V. 17 18. 20. 22. 23. 24.
5 *Aph.* IV 14.
6 *Aph.* II. 4.
Vet. Medicin XVIII. 1.
Præcept. XIII. 4.
I. *Morb. Mul.* XXXIII. 4. XCVIII. 15.
7 *Vet. Medic.* XV. 17. 11.

II. *Diæt.* XLIV. 5.
Nat. Hum. XIX. 7. 8.
Humor. VIII. 17. 18.
Humid. us. III. 5.
VI. *Epid.* II. 47.
Affect. XLII. 3.
Vict. Acut. V. 22. X. 8.
8 *Aph.* II. 50. 52.
a Celſ. II. 16. *pag.* 92. *l.* 19.
b Celſ. I. 9. *p.* 40. *l.* 7.
d Celſ. I. 3. *p.* 24. *l.* 28.
c Celſ. I. 3. *p.* 25. *l.* 6.

52. Omnia ſecundum rationem facienti, & non ſecundum rationem evenientibus, non tranſeundum ad aliud, manente *eo*, quod viſum eſt ab initio.

Loc. in Hom. XX. 11. 12.
Cæl. Aurelian. Tard. paſſion. IV. 3. *p.* 454.
a Celſ. III. *pag.* 112. *l.* 25.
b Celſ. III. 9. *pag.* 138. *l.* 9.

53. Quicunque alvos habent humidas, dum quidem juvenes ſunt, melius liberantur his, qui ſiccas habent. Ad ſenectutem verò, pejus liberantur: ſiccantur enim ut plurimum ſeneſcentibus.

Aph.

Aph. II.20.

a Celſ.I.3.p.33.l.3.

54. Procero corpore *a* juventutem quidem degere liberale eſt, nec deforme: inſeneſcere verò incommodum, & parvis deterius.

Præcept.XI.10.

a Celſ.II. 1.p.43. l.16.

SECTIO TERTIA.

I.

1 *a* MUtationes *anni* temporum, maximè pariunt morbos: 2 & in ipſis temporibus magnæ mutationes, aut frigoris, aut caloris, & alia pro ratione eodem modo.

Octimeſtr.III. 29.
Humor.VI.5.
VIII.15.16.
Aër.Aq. Loc.I.19.
Vict. Acut. XVII.9.
Morb. Sac.XII.7.
2 *Aph. II. 51.*
II.Diæt.VI. 7.

Humor.VII.7.
Boëth. de Conſol.Phil. L.II.in principio.
a Celſ.I.3.p.33.l.32.
II.1.pag.42. l.21.

2. Naturarum, aliæ quidem *a* ad æſtatem, aliæ verò ad hyemem, benè aut malè ſunt conſtitutæ.

Vet. Medicin. XXXVII. 14. *I. Diæt. XXV.* 12. *III. Diæt. I.* 6.

Aër. Aq. Loc. XXXIV. 9. *Morb. Sac. XVIII.* 24. *a Celſ. I.* 9. *pag.* 19. *LVI.* 7. 8. *l.* 18.

3. Morborum *a* alii ad alia *tempora* benè 1 aut malè ſe habent: & ætates quædam ad tempora, & regiones, & victus.

Humor. VIII. 11. 12. 1 *Aph. VIII.* 6.

a Celſ. II. 1. *pag.* 43. *l.* 12.

4. In temporibus, quando eâdem die, modò calor, modò frigus fit, autumnales *a* morbos expectare oportet.

Humor. VI. 5. 6. *VII.* 7.

a Celſ. I. 5. *p.* 33. *l.* 32. & *II.* 1. *p.* 42. *l.* 21.

5. Auſtri *a* auditum gravantes, caliginoſi, caput gravantes, ſegnes, diſſolventes. Quum hic dominatum tenuerit, talia in morbis patiuntur. Si verò aquilonium fuerit *anni tempus*, *b* tuſſes, fauces *aſperæ*, alvi duræ, urinæ difficultates, horrores, dolores coſtarum, pectorum. Quum hic dominatus fuerit, talia in morbis exſpectare oportet.

Humor. VII. 1. *Morb. Sac. XV.* 3. 8. 19. *ad* 22. *a Celſ. II.* 1. *pag.* 44. *l.* 27.

b Celſ. II. 1. *pag.* 44. *l.* 22.

6. Quum

6. Quum æstas sit veri similis, sudores *a* in febribus multos exspectare oportet.

Humor.VII. 11.

a Cels.II.1.p.45.l.28.

7. In 1 siccitatibus *a* febres acutæ fiunt. 2 Et, si quidem annus pro majori parte talis fuerit, qualem fecit constitutionem, 3 ut plurimùm etiam tales morbos exspectare oportet.

1 *Humor.VIII.6.* *II.Epid.I.10.*

2 *Humor.IX.8.* *a Cels.II.1.p.45.l.5.*
3 *Aph.III.19.*

8. In constantibus *a* temporibus, si tempestivè tempestiva reddantur, constantes, & judicatu faciles fiunt morbi: *b* in inconstantibus autem, inconstantes; & difficiles judicatu.

Humor.VII. 3.15. *II. Epid I.* 20.21.

a Cels.II.1.p.42. *b Cels. II.1.pag.43.*
l.19. *l.5.*

9. In 1 *a* autumno morbi acutissimi, & perniciosissimi omnino: 2 ver autem saluberrimum, & minimè exitiale.

1 *II.Prædict XIII.4.* *a Celſ.I.3.p.33.l.23.*
II.Epid. I. 15. *& II.1.p.42.l.19.*
2 *Epid. l.23.* *& 29.*

a Celſ.II.1.p.42.l.17.

10. Autumnus tabidis malus.

Aph.III.22. *II Prædict.XIII.3.*

VI.Epid.VII.77. *a Celſ II. 8.p.72.l.3.*

11. De temporibus, ſiquidem hyems *a* ſicca & aquilonia fuerit, ver autem pluvioſum & auſtrale; 1 æſtate neceſſe eſt febres acutas fieri, & ophthalmias, 2 & dyſenterias, maximè autem mulieribus, & viris naturâ humidis.

Aër.Aq.Loc.XXV.7. 1 *II.Epid.I.10.*

2 *Aër.Aq.Loc.XXV.* 13. *a Celſ.II.3.pag.45.* *l.12.*

12. Si verò hyems auſtralis, *a* & pluvioſa, & tranquilla ſit, 1 ver autem ſiccum & aquilonium, mulieres quidem; quibus partus in ver *incidit*, ex omni occaſione abortiunt: quæ verò pepererint, infirmos, & morboſos pariunt pueros, itaut vel ſtatim *illi* pereant, vel tenues, & morboſi vivant. Cæteris verò mortalibus dyſenteriæ, & ophthalmiæ ſiccæ fiunt: ſenioribus autem catarrhi brevi perimentes.

Aer.

Aër. Aq. Loc. XXVI. 4. 5. 6.

1 Nat. Human. XIII. 7.

a Cels. II. 1. pag. 45. l. 17.

13. Si verò æstas sicca *a* & aquilonia fiat, autumnus autem pluviosus *b* & australis, capitis dolores ad hyemem fiunt, & tusses, & raucedines, & gravedines: quibusdam verò etiam tabes.

Aër. Aq. Loc. 5. XXVIII. 4.

a Cels. II. 1. pag. 45. l. 31.

b Horat. Carm. l. II. Od. XIV. 15.

14. Si verò *a* aquilonius & sine pluviis *autumnus* fuerit, iis quidem qui naturâ sunt humidi, & mulieribus, commodus *erit*: reliquis verò erunt ophthalmiæ siccæ, & febres acutæ, & gravedines (diuturnæ:) nonnullis verò etiam melancholiæ.

Aër. Aq. Loc. XXIX. 1. 2.

a Cels. II. 1. p. 46. l. 1.

15. Ex anni verò constitutionibus, in universum quidem, siccitates pluviosis *a* sunt salubriores, & minùs lethales.

Aër. Aq. Loc. II. 3.

a Cels. II. 1. p. 42. l. 29.

16. Morbi antem, in pluviosis *a* quidem plerumque fiunt, & febres longæ, & alvi fluxiones, & putredines, 1 & epileptici, & apoplectici, & anginæ. In siccitatibus *b* verò, tabidi, ophthalmiæ, arthiritides, urinæ stillicidia, & dysenteriæ.

1 *Morb. Sac. XVI. 1. 2.*

a Cels. II. 1. p. 45. l. 7.
b Cels. II. 1. p. 45. l. 5.

17. Quotidiæ autem constitutiones, aquiloniæ quidem, *a* corpora compingunt, & robusta, *b* & facilè mobilia, & benè colorata, & meliùs audientia faciunt, & alvos siccant, & oculos mordent, & dolorem circa thoracem, si quis præexistat, majorem faciunt. Austrinæ verò, *c* corpora dissolvunt, & humectant, & auditus graves, & capitis gravitates faciunt, & vertigines in oculis, 1 & corporibus motum difficilem, & alvos humectant.

1 *Aph. V. 16.*
a Cels. II. 1. p. 44. l. 25.

Cels. I. 9. pag. 32. l. 27.
Cels. II. 1. p. 44. l. 27.

18. Secundum tempora autem, vere quidem, & primâ æstate pueri, & his ætate proximi, optimè degunt, & maximè sani sunt. 1 Æstate verò, & autumno ad aliquam quidem partem, senes. Reliquo autem autumno,

tumno, & hyeme, qui medii ſunt ætate.

1 *Morb.Sac.XII.1.*

a Celſ.II.1.p.46.l.9.

19. Morbi autem omnes quidem *a* in omnibus temporibus fiunt: 1 nonnulli verò in quibuſdam ipſorum magis & fiunt, exacerbantur.

Prænot.XXVII.4.
1 *Aph.III.17.*

a Celſ. II.præf.p.42. l.3.

20. Nam verè *a* quidem, inſaniæ, & melancholiæ, & 1 epilepſiæ, 2 & ſanguinis fluxiones, & anginæ, & gravedines, & raucedines, & tuſſes, & lepræ, & impetigines, & vitiligines, & *b* puſtulæ ulceroſæ plurimæ, & tubercula, & 3 & articulorum dolores.

1 *Morb.Sac.XII.5.6.7.*
2 *Nat.Human.XIII.11.*
3 *Aph.VI.55.*

a Celſ.II.1.pag.43. l.20.
b Celſ.v.28.§.15.p.336.l.7.

21. Æſtate verò, & horum nonnulli, & febres continuæ, 1 & ardentes, & tertianæ plurimæ, & quartanæ, & vomitus, & alvi fluxus, & ophthalmiæ, & aurium dolores, & oris exulcerationes, & pudendorum putredines, & ſudamina.

Affection.XIII 1.*ad* 5.
1 *Vict.Acut.XXXIV.*2.

*a Celſ.II.6.p.*43.*l.*33.

22. Autumno autem, & multo ex æſtivis, 1 & febres quartanæ, *a* & erroneæ, 2 & lienes, & hydropes, 3 & tabes, & urinæ ſtillicidia, & lienteriæ, & dyſenteriæ, & coxæ *dolores*, & anginæ, & aſthmata, & volvuli, & epilepſiæ, & inſaniæ, & melancholiæ.

1 *Natur.Hum.XXIX.*2.
2 *Int. Affect. XXXVII.*2.

3 *Aph. III.* 10.
*a Celſ.II.*1 *p.*44. *l.*5.

23. 1 Hyeme *a* verò, pleuritides, peripneumoniæ, lethargi, gravedines, raucedines, tuſſes, 2 dolores pectorum, & laterum, & lumborum, & capitis dolores, vertigines, 3 apoplexiæ.

1 *Affection.VII.*3.4.
2 *Aph.VI.* 5.

3 *Glandul.IX.* 4. *ad* 8.
*a Celſ.II.*1.*pag.*44.*l.*19.

24. In Ætatibus autem talia eveniunt. Parvis quidem *a* & recèns natis pueris, aphthæ, vomitus, tuſſes, vigiliæ, pavores. umbilici inflammationes, aurium humiditates.

a Celſ.

a Celſ.II.1. p.46. l.16.

Æginet.I.10.

25. Ad dentitionem verò, *a* accedentibus, gingivarum pruritus, febres, 1 convulſiones, alvi profluvia, & maximè ubi caninos dentes producunt, & iis qui inter pueros ſunt craſſiſſimi, 2 & qui alvos duras habent.

1 *Aër.Aq.Loc.IV.5.* 2 *Aph.II.53.*
Morb.Sac.XI.1.

a Celſ. II. 1. p.46. l.20.
Æginet.I.8.

26. Iis autem, qui ætate ſunt majores, *a* tonſillæ *inflammatæ*, verticuli in occipitio introrſum extruſiones, aſthmata, 1 calculorum generationes, 2 lumbrici rotundi, aſcarides, verrucæ penſiles, 3 ſatyriaſmi, (ſtranguriæ,) ſtrumæ, & alia tubercula, maximè verò ſuprà dicta.

1 *Nat. Human. XXIV. 5.*
Coac. III. 398.
IV.*Morb.XXVIII.1.2.*

2 IV.*Morb.XXVII.9.*
3 VII. *Epid.LI.16.*
a Celſ.II.1.p.46l.26.

27. Ætate verò adhuc *a* provectioribus, & ad pubertatem accedentibus, & multa ex illis, & febres diuturnæ magis, & ex naribus ſanguinis fluxiones.

a Celſ.II.1.p.46. l.31.

28. Plurimæ quidem affectiones pueris judicantur, aliæ *a* in quadraginta diebus: aliæ in ſeptem menſibus, aliæ in ſeptem annis: aliæ *ipſis* ad pubertatem accedentibus. 1 Quæ verò pueris permanſerint, neque ſolutæ fuerint circa *b* pubertatem, aut fœminis circa menſtruorum eruptiones, perſeverare ſolent.

1 *Aph.II.* 45.
II.Prædict.XVI.1.3.
a Celſ.II.1 pag.46.l.34.

b Celſ. II. 1. pag. 47.l.4.
Plin.XXXVIII.c.4 p.689. l.9.

29. Juvenibus autem, ſanguinis ſpuitiones, 1 *a* tabes, febres acutæ, 2 epilepſiæ, & & alii morbi, maximè verò ſuprà nominati.

1 *Aph. V.* 9.
VIII 7. *Coac. III.* 260.

2 *Morb.Sac.XIII.* 1.
a Celſ.II.1.p.47.l.9.

30. Ultra hanc ætatem verò *a progreſſis*, aſthmata, 1 pleuritides. peripneumoniæ, lethargi, phrenitides, febres ardentes, 2 alvi profluvia diuturna, choleræ, dyſenteriæ, lienteriæ, hæmorrhoides.

1 *Coac.*

1 *Coac. III.* 395.
2 *Aer. Aq. Loc. IV.* 7.

VII. Epid. XL. 19.
a Cels. II. 1. *pag.* 47. *l.* 11.

31. Senibus autem, *a* ſpirandi difficultates, catarrhi tuſſiculoſi, 1 ſtranguriæ, dyſuriæ, 2 articulorum dolores, nephritides, vertigines, apoplexiæ, mali *corporis* habitus, pruritus totius corporis, vigiliæ, alvi, & oculorum, & narium humiditates, visûs hebetudines, glaucedines, auditûs gravitates.

1 *Affection. XXIX.* 10.
2 *Coac. III.* 395.

a Cels. II. 1. *p.* 47. *l.* 15.

SECTIO QUARTA.

I.

PRægnantes purgandæ, 1 ſi *materia* turgeat, quadrimeſtres, & uſque ad ſeptimum menſem: hæ verò minùs. 2 Juniores autem, *a* & ſeniores *fœtus*, cautè vitare oportet.

Aph. V. 29. 1 *Vid. Aph. I.* 22.
2 1. *Morb. Mul. XLII.* 8.

a Cels. II. 10. *p.* 78. *l.* 5.

2. In purgationibus talia è corpore ſunt ducenda, 1 qualia etiam ſponte prodeuntia utilia ſunt: contrario autem modo prodeuntia, ſiſtenda.

1 *Aph. I. 2.*

3. Si quidem, qualia purgari oportet, purgentur, confert, & facilè ferunt: contraria verò, difficulter.

Vid. Aph. I. 25.

4 Purgandum, 1 æſtate quidem, *a* magis ſuperiores *ventres*: 2 Hyeme verò inferiores.

1 *V. Epid XXV. 16. 17.*
2 *Salub. Diæt. V* 10.

a Celſ. I. 3. p. 29. l. 21.

5. Sub cane, & ante canem, 1 difficiles ſunt purgationes.

Aër. Aq. Loc. XXX. 2. 5. 8.
Purgant. V. 8.

1 *Aph. II.* 37.

6. Graciles, *a* & facilè vomentes, ſurſum purgandi, vitantes hyemem.

II. Morb. XIII. 12.

a Celſ. I. 3. p. 29. l. 23.

7. Dif-

7. Difficulter autem vomentes, & mediocriter carnosi, deorsum, vitantes æstatem.

II. Morb. XII. 35.

8. Tabidi verò, vitantes (purgationes) sursum.

Loc. in Hom. XXXV. 4.

Int. Affect. IV. 26.
XIII. 36.

9. Melancholicos autem, uberiùs deorsum *purgabis*. Eâdem ratione, contraria adhibens.

Aër. Aq. Loc. XI. 2.

10. Purgandum in valdè acutis, 1 si turgeat *materia*, 2 eâdem die: morari enim in talibus, malum est.

1 *Vid. Aph. I. 22.*

2 *V. Epid. XXV. 16. 17.*

11. Quibus tormina, *a* & circa umbilicum dolores, & lumborum dolor, qui neque purgante, neque aliter solvitur, 1 in hydropem siccum firmatur.

Coac. II. 279. 1 *Coac. III. 286.*

a Cels. II. 7. pag. 59. l. 13.

12. Qui-

12. Quibus alvi ſunt lienterícæ, *eos* hyeme ſurſum purgare, malum eſt.

13. Ad elleboros, qui non facilè ſurſum purgantur, *iis* ante potionem corpora *a* præhumectanda, copioſiore alimento, & quiete.

Aph.I.23.
II.9.
VII.70.
II.Diæt.XXXVI.18.
ad XXXVII.
Loc.in Hom.XL.3.

Verat.uſ.I.1.
II.Morb.XIII.10.ad 13
Int. Affect. XXIII.31.
XXIX.41.
XLVII.34.

1. *Morb. Mul. XXV.*
13.14.
XXXI. 9.
Superfœt. XX.1.

a Celſ. II.12.p. 86.
l. 6. II. 13:p. 87.
l.19.

14. Ubi biberit quis elleborum, ad motiones quidem corporum, magis ducit. Ad ſomnos verò, & quietem, minùs. Declarat autem etiam navigatio, quod 1 motus turbat corpora.

Verat.uſ.I.2.
VI.Epid.V.45.

1 *Aph.II.51.*

15. Quando vis magis ducere elleborum, moveto corpus. Quando verò ceſſare, 1 ſomnum facito, & non moveto.

Verat.uſ.I.4. VI. Epid.V.45.
Superfœt.XX.1.

1 *Aph.V.27.*
VI.Epid.V.45.

16. Elleborus periculoſus eſt ſanas *a* carnes habentibus: 1 convulſionem enim inducit.

Aph.II.36.37.
Verat.uſ.I.5.

1 *Aph.V.1.*
a Celſ.II.13.p.87.l.24.

17. Non febricitanti, appetitus dejectus, & oris ventriculi morſus, 1 & tenebricoſa vertigo, & os amareſcens, *a* ſurſum purgante opus eſſe, indicat.

Verat.uſ.I.10.
Affection.XIV.12.

1 *I.Morb.Mul.XXIV.2.3.*
a Celſ.I.3.p.29.l.31.

18. Supra ſeptum tranſverſum dolores, qui purgatione egent, ſurſum purgante opus eſſe, indicant. Qui verò infra deorſum.

Verat.uſ.I.10.11.

19. Qui in purgantium potionibus non ſitiunt dum purgantur, non ceſſant, priuſquam ſitiverint.

Ve-

Verat.uſ.l.6.

20. Non febricitantibus ſi fiat tormen, & genuum gravitas, & lumborum dolor, deorſum purgante opus eſſe, indicat.

Verat.uſ.l.11.

21. 1 Dejectiones *a* nigræ, 2 qualis ſanguis niger, 3 ſponte prodeuntes, & cum febre, & ſine febre, peſſimæ. 4 Et, quantò colores dejectionum plures fuerint pejores, eò deterius: cum purgante verò, melius. 5 Et, quantò colores plures, non mali *ſunt*.

1 *Prænot.X.6.* *Coac.III.36.* *VII.22. ad 26.42.*
2 *Aph. IV.23.* *Coac. III.1.*
3 *Aph.l.2.*
4 *Coac.VI.24.*
5 *Aph. II.14.*
a *Celſ. II. 8. pag.76. l.19.*

22. Morbis quibuſvis incipientibus, ſi bilis atra vel ſurſum, vel deorſum prodierit, lethale.

Coac.I. 100.

a *Celſ.II.6.p.55.l.33.*

23. Quibuſcunque, ex morbis acutis, aut ex diuturnis, aut ex vulneribus, aut aliter quocunque modo extenuatis, bilis atra, 1 vel qualis ſanguis niger, prodierit, poſtridiè moriuntur.

1 *Aph.*

1 *Aph.IV.* 21.

a Celſ.II.6.p.55.l.34.

24. Dyſenteria, ſi ab atra bile inceperit, lethale.

Coac. I. 100.
III. 292.

V.Epid. X.2.
a Celſ.II.8.p.74.l.1.

25. Sanguis ſurſum quidem, qualiſcumque ſit, malum. Deorſum verò, bonum, niger ſubtùs ſecedens.

Aph. VII. 37.

Coac. II. 254.
VI. 14.

26. Si à dyſenteria detento velut 1 carunculæ ſeceſſerint, lethale eſt.

1 *Aph. IV.* 75.

27. Quibus per febres ſanguinis copia undecunque eruperit, in refectionibus, his alvi humectantur.

Coac. I. 227.
*III.*53.

28. Quibus *a* bilioſæ ſunt egeſtiones, ſur-

ſurditate ſuperveniente, ceſſant. Et, quibus ſurditas biliosis ſupervenientibus, ceſſat.

Aph. IV. 60.
Coac. II. 66. 103.
VI. 77.

a Celſ. II. 8. p. 70. l. 20.

29. Quibus per febres ſextâ die rigores fiunt, *a* difficulter judicantur.

Coac. I. 23.
I. Epid. XL. 20.

a Celſ. II. 4. p. 51. l. 11.

30. Quibus exacerbationes fiunt, quâcunque horâ dimiſerit febris, poſtridiè eâdem horâ ſi corripuerit, difficulter judicantur.

Humor. III. 91.

31. 1 Laſſatis per febres, *a* ad articulos, & circa maxillas maximè, abſceſſus fiunt.

Humor. III. 98.
IV. Epid. XVIII. 16. 17.

1 *Aph. II. 5.*
IV. 74.
a Celſ. II. 7. p. 65. l. 8.

32. Quibus ex morbo reſurgentibus aliquid dolet, ibi abſceſſus fiunt.

Humor. III. 100.

33. Sed

33. Sed &, si quid doluerit ante morbum, ibi se figit morbus.

Loc. in Hom. XXXVI. 6.
Humor. III. 101.
IV. Epid. XXVIII. 2. 3.

IV. Epid. VII. 15. ad 19.
Vict. Acut. XLIV. 2. 3.

34. Si à febre detento, tumore in faucibus non existente, suffocatio ex improviso superveniat, lethale.

Aph. IV. 35.
Prænot. XXIII. 3 4.

Coac. I. 90.
II. 201. 202. 221.
III. 96.

35. Si à febre detento collum derepentè inversum fuerit, & vix deglutire possit, tumore non existente, lethale.

Aph. IV. 35.
VII. 58.

Coac. II. 221. ad 224.
III. 96.
a Cels. II. 6. pag. 55. l. 17.

36. Sudores febricitantibus si inceperint, boni sunt die tertiâ, & quintâ, & septimâ, & nonâ, & undecimâ, & quartâ decimâ,

cimâ, & ſeptimâ decimâ, & vigeſimâ primâ, & vigeſimâ ſeptimâ, & trigeſimâ primâ, & trigeſimâ quartâ. Hi enim ſudores morbos judicant. 1 Qui verò ità non fiunt, laborem ſignificant, & morbi longitudinem, 2 & recidivas.

Aph. II. 24. *Prænot. V. I. 2. 3.*
Judication. I. 2. *Coac. IV. 36.*
IV. 13. *1 Epid. III. Æg. XIV. 7.*

1 *Prænot. XXIV. 8.* 2 *Aph. II. 12.*
Coac. I. 115. *IV. 61.*

37. Sudores frigidi, cum acuta quidem febre evenientes, mortem: cum mitiore verò, morbi longitudinem ſignificant.

Judication. VI. 9. 10.
VIII. 1. 8.
Prænot. V. 4. 5.

a Celſ. II. 4. p. 51. l. 30. II. 5. p. 53. l. 17. II. 6. p. 56. l. 11.

38. Et qua corporis parte ineſt ſudor, ibi morbum *eſſe* indicat.

Aph. II. 5.

a Celſ. II. 2. pag. 48. l. 19.

39. Et qua corporis parte *a* ineſt calor, aut frigus, ibi morbus eſt.

Judi-

Judicat.VIII.3.

a Celſ.II.2.p.84. l.15.

40. Et ubi in toto corpore mutationes, & ſi corpus perfrigetur, aut rurſus calefiat, *a* aut color alius ex alio fiat, morbi longitudinem ſignificat.

Aph. VII. 60.
Humor.III.22.53.
Judication. VIII. 4.

1 Prædict.VI.4.
Coac.I.77.177.
a Celſ.II. 5. 53. l.20.

41. 1 Sudor multus à ſomno citra cauſam manifeſtam factus, corpus uberiori alimento uti ſignificat. 2 Si verò cibum non capienti hoc fiat, evacuatione indigere ſignificat.

Aph.VII. 61.
1 *Coac. IV. 36.*

V. Epid.XXV. 15.
2 *Aph. II.8.*

42. Sudor multus, frigidus aut calidus, ſemper fluens, frigidus quidem majorem, calidus verò minorem morbum ſignificat.

Aph. VII. 61.
Judication.VIII.9.

Coac.

Coac. I. 21.
I. Morb. XXII. 35. ad XXIII.

43. Febres, *a* quæcunque non intermittentes tertiâ *die* vehementiores fiunt, magis periculosæ: quocunque autem modo intermittant, *b* quod sine periculo *sint* significat.

Aph. VII 62. *III. Epid. III. 109.*
Coac. I. 166. *VII. Epid. XL. 19.*
I. Epid. III. 16. *Vict. Acut. III. 3.*

a Cels. II. 4. p. 51. l. 33.
b Cels. II. 3. p. 49. l. 34. III. 12. p. 141. l. 6.

44. Quibus febres longæ, *a* his tubercula ad articulos, aut dolores fiunt.

Aph. VII. 63.
Humor. III. 98.
Prænot. XXIV. 8. 10. 11.

II. Prædict. X. 7.
Coac. I. 168 169.
a Cels. II. 7. p. 64. l. 2.

45. Quibus tubercula ad articulos, aut dolores ex febribus longis fiunt, hi pluribus utuntur cibis.

Aph. VII. 64.

46. Si rigor incidat febri non intermittenti, *a* debili jam existenti *ægro*, lethale.

Coac.

Coac. I. 15.

a Celſ. II. 6. p. 55. l. 19.

47. Exſcreationes in febribus non intermittentibus lividæ,1 & cruentæ,& graveolentes, & bilioſæ, omnes malæ ſunt. At probè ſecedentes, bonæ. 2 Et *eadem ratio eſt* quod ad *alvi* egeſtiones, & quod ad urinas. 3 Si verò nihil conducentibus excernatur per hæc loca, malum.

Aph. VII. 69.
Coac. II. 161.
1 *Coac. III.* 241.
2 *Prænot. XV.* 10.

3 *Aph. I.* 25.

48. In non intermittentibus febribus, 1 ſi externa quidem fridem frigida ſint, *a* interna verò urantur,& ſitim habeant lethale.

Ap. VII. 72.
Prænot. VIII. 11.
XIV. 12. 13.
XV. 6. *ad* 10.
Coac. I. 165.
III. 345.
I. Morb. XXVII. 15.
Affection. XI. 5.

1 *Aph. VII.* 1. 26.
II. Morb. XVI. 12.
XXXVII. 1. *ad* 5.
a Celſ. II. 4. *pag.* 51.
l. 25. *II.* 6. *pag.* 55.
l. 21. *II.* 14. *pag.* 90.
l. 22.

49. In febre non intermittente, *a* ſi labium, aut ſupercilium, aut oculus, aut naſus pervertatur, ſi non videat, ſi non audiat, corpore jam debili exiſtente, quicquid horum fiat, in propinquo mors eſt.

Aph.

Aph. VII. 73.
Prænot. III. 3.

Coac. I. 104.
a Celſ. II. 6. p. 54. l. 24.

50. Ubi in febre non intermittente *a* difficultas ſpirandi, & delirium fit, lethale.

Judication. VIII. 17.

Prænot. IV. 20.
XIV. 9.
XV. 3.

51. In febribus abſceſſus, *a* qui non ſolvuntur ad primas judicationes, morbi longitudinem ſignificant.

a Celſ. II. 5. p. 53. l. 22.

52. Quicunque in febribus, aut in aliis infirmitatibus, ex propoſito (i. e. *ob cauſam*) lachrymantur, nihil inconveniens. *a* 1 Qui verò non ex propoſito, magis inconveniens.

Aph. VIII. 2.
Prænot. II. 18. ad 21.
IV. Epid. XXVII. 12.
VI. Epid. I. 42.

1 *I. Epid. II. 176.*
VI. Epid. VIII. 34.
a Celſ. II. 4. p. 51. l. 15.

53. Qui-

53. Quibus in febre ad dentes viſcoſa *a* circumnaſcuntur, *his* febres fiunt vehementiores.

Coac. II. 153. IV. *Epid. XXVII.* 13.

a Celſ. II. 4. *p.* 51. *l.* 15.

54. Quibus diu tuſſes ſiccæ, paulùm irritantes, in febribus ardentibus, non admodum ſiticuloſi ſunt.

VI. *Epid. II.* 43. *a Celſ. III.* 7. *p.* 135. *l.* 32.

55. In bubonibus febres, omnes malæ, præter *a* ephemeras.

II. *Epid. III.* 60. *a Celſ. II.* 3. *p.* 49. *l.* 34.

56. 1 Febricitanti ſudor ſuperveniens, febre *a* non remittente, malum. Prolongatur enim morbus, 2 & copioſiorem humiditatem indicat.

Judication. VIII. 6. *II. Morb. XXXVI.* 12.
Coac. IV. 36. 1 *I. Prædict. VII.* 8.

2 *Aph. VII.* 61. *a Celſ. II.* 5. *p.* 53. *l.* 19.

57. A convulſione aut tetano (i. e. rigore) *a* detento, febris ſuperveniens ſolvit morbum.

Aph. II. 26. *Loc. in Hom. XLVIII.* 6
V. 5. 70. *Judication. XII.* 10.

Coac. I.231.
III.80.84.
San.Tuend.ad Dem.10.
I. Morb. VI. 13.14.
a Cels.II. 1. *p.*45. *l.*1.2.3. *II.*8.*p.*70.*l.*6.

58. A febre ardente detento, *a* rigore superveniente, solutio (fit.)

Judication.XI 9.16 *Coac. I.*188.

*a Cels.II.*8. *p.*70.*l.*16.

59. 1 Tertiana exquisita in septem ad summum circuitibus judicatur.

Judication. IV. 10. *I. Epid.III.*26.
*Coac.I.*212. *II. Epid. III.* 82.
1 *Prænot.*XXV.11.

60. 1 Quibus in febre aures obsurduerint, *a his* sanguis è naribus effluens, aut alvus exturbata, morbum solvit.
Aph. IV. 28. *Coac.II.* 66.99.100.
Judicat. XI. 11.12.13.

Coac.II. 103. 1 *Coac. II.* 71.
*VII.*77.78. *a Cels. II.*8.*p.*70.*l.*18.

61. Febricitanti, nisi in diebus imparibus dimiserit febris, reverti solet.
Humor. III. 91. *I.Epid.III.* 40.
Judication.IX. 11. *II.Epid.V.*30.
*Prænot. XXIV.*8. *VI.*18.
*Coac.I.*115.210.

IV.

IV.Morb.XIX.10.11. *a Celſ.III.4.p.121.*
XX.8.12.15.16. *l.23.*

62. Quibus in febre morbus regius *a* ſupervenit ante ſeptimum diem, malum eſt. (Niſi confluxus humorum per alvum fiant.)

Judicat. III. 5.18. *Coac.I.172.*
20. *I.Morb.VI.2.*
Vict.Acut.LIV.3.4.
a Celſ.II.4.p.52.I.7. III.24.p.175.l.9.
Hippocrat.III.Epid.Sect.I.Ægr.II.13.16

63. Quibus, in febribus quotidiè rigores fiunt, quotidiè febres ſolvuntur.

Judicat.XI.16.

64. Quibus in febre ſeptimâ, aut nonâ *a* aut undecimâ, aut quartâ decimâ morbus regius ſupervenit, bonum eſt: 1 niſi dextrum hypochondrium durum ſit, alioqui non bonum.

Judicat.III.5.18.20. *Coac. I. 173.*
IV.11. *I.Epid.II. 120.*

I.Morb.VI. 2. *a Celſ. III. 24. p. 175.*
1 *Aph.VI. 42.* *l.7.*

65. In febribus circa ventrem æſtus vehemens, & oris ventriculi dolor, malum.

66. In febribus acutis, 1 *a* convulſiones, & circa viſcera dolores vehemẽtes, malum.

Coac.II.207. 1 *Vid.Aph.II. 26.*
a Celſ.II. 4.p.52.l.11.

67. In febribus, ex ſomnis *a* pavores aut convulſiones, malum.

Aph.II.1. *a Celſ.II.4.p.52.l.12.*

68. In febribus ſpiritus offendens, malum. *a* Convulſionem enim ſignificat.

Vict.Acut.XXI.21. *I. Morb. Mul.V.7.*

a Celſ. II. 7. pag. 64. l.4.

69. Quibus urinæ craſſæ, grumoſæ, paucæ, non ſine febre, copia ex his ſuccedens tenuis, juvat. Tales autem maximè prodeunt, quibus ab initio, aut brevi, ſubſidentiam continent.

Coac.V.80.81.

70. Quibus autem in febre urinæ conturbatæ, qualis jumentorum, his capitis dolores aut adſunt, aut aderunt.

Coac.V.46. *VII. Epid. LIV. 5. 6.10.11.*

71. Quibus *morbi* ſeptimâ *die* judicantur, iis nubeculam rubram urina *die* quarta continet, 1 & alia ſecundum rationem.

Judicat.VI.2. *Coac.I.213.*
IX.8. *V.5.82.*
1 *Ap. I. 12.*

72. Quibus urinæ pellucidæ, *a* albæ, malæ. Maximè autem in phreniticis obſervantur.

I. Præd.

I, Præd. I. 5. *Coac. V. 25. 26.*
II. 6. *a Celſ. II. 4. p. 52. l. 25.*

73. 1 Quibus hypochondria elevata *a* *ſunt* murmurantia, dolore lumborum ſuperveniente, his alvi humectantur: niſi flatus eruperint, aut urinæ copia prodierit. In febribus autem hæc.

Coac. II. 240. 241. *Prænot. X. 14.*
252. 1 *Aph. V. 64.*

Sal. Diæt. V. 10. *a Celſ. II. 3. p. 50. l. 20.*

74. 1 Quibus ſpes eſt abſceſſum fore ad articulos, *eos* abſceſſu liberat urina multa & craſſa, & *a* alba reddita, qualis in febribus, cum laſſitudine, quartâ die quibuſdam fieri incipit. Si verò etiam ex naribus ſanguis eruperit, brevi admodum ſolvit.

Humor. XI. 13. ad 16. 1 *Prænot. XI 17.*
Judicat. X. 4. ad 7. *II. Prædict. X. 7.*
VI Epid. IV. 3. ad 6. *a Celſ. II. 7. p. 60. l. 21.*

75. Si *a quis* ſanguinem, 1 aut *b* pus mingat, renum, aut veſicæ exulcerationem ſignificat.

Aph. IV. 78. 81. *Prænot. XIX. 11.*
Int. Affect. XVI. 4. 5. *a Celſ. II. 7. p. 60. l. 28.*
1 *Nat. Hum. XXVI. 4.* *b Genit. II. 8.*

76. Quibus in urinâ craſsâ exiſtente, 1 carunculæ *a* parvæ, aut veluti pili una

exeunt, his de renibus excernuntur.

Nat.Hum.XXI.5. 1 *Aph. IV.* 26.

Cap.Vuln. II.4. *a Celſ.II.7.p.60.l.30.*

77. Quibus in urinâ craſsâ exiſtente, ſurfuracea ſimul minguntur, iis veſica ſcabie laborat.

Nat.Hum.XXVI.6. *Prænot.XI.* 8.10.

78. 1 Qui ſponte ſanguinem mingunt, *a* his à renibus venæ ruptionem ſignificat.

Aph.IV.75. *Nat.Hum.XXVI.4.*

1 *Int.Affect.XVI.4.* *a Celſ.II.7.p.60.l.33.*
p.61.l.7.

79. 1 Quibus in urina, arenoſa *a* ſubſident, illis veſica calculo laborat.

IV. Morb. XXIX. 13. *ad XXX.*
*Int.Affect.XV.*10.11.

1 *Nat.Human.XX.VI.1.*
a Celſ.II.7.p.61.l.16.

80. Si quis ſanguinem mingat, & grumos, & *a* urinæ ſtillicidium habeat, & dolor incidat ad imum ventrem, & interfœmineum, partes circa veſicam laborant.

Aph.VII.39. *a Celſ.II.7.p.61.l.15.*

81. Si

81. Si *quis* ſanguinem, & pus mingat, & ſquamas, & odor gravis ſit, *a* veſicæ exulcerationem ſignificat.

Aph.IV.75. *a Celſ.II.7.p.60.l.31.*

82. Quibus in urinariâ fiſtulâ tuberculum *a* naſcitur, his ſuppurato *eo* & perrupto, ſolutio *fit*.

Aph.VII. 57. *Coac.III.311.312.*

a Celſ. II. 8. pag. 70.l.22.

83. Mictio noctu multa contingens, parvam dejectionem ſignificat.

II.Diæt.XL.10.ad 17. *IV.Morb.VII.4.*

SECTIO QUINTA.

I.

CONvulſio ex *a* elleboro, lethale.

Aph. VII. 25. *Coac. IV. 24.*

a Celſ.II.6.pag.55.l.35.

2. Vulneri convulſio *a* ſuperveniens, lethale.

Coac. III. 81.382. *a Celſ. II. 26. §. 26.*
Cap.Vulner.XXV.5. *p. 296. l. 8.*
& XXVI.3.4.

3. Sanguine multo effuso, *a* convulsio, aut singultus superveniens, malum.

Aph. VII. 9. *Coac. III. 57.*

a Cels. II. 8. p. 76. l. 12.

4. Purgationi immodicæ *a* convulsio, aut singultus superveniens malum.

Aph. VII. 41. *Loc. in Hom. XLV. 1.*
Nat. Human. IX. 7. *Coac. IV. 22. 25.*

Verat. us. 1. 8. *a Cels. II. 8. p. 76. l. 14.*

5. 1 Si quis ebrius ex improviso mutus fiat, *a* convulsus moritur, nisi febris corripuerit, aut ubi ad horam, quâ crapulæ solvuntur, pervenit, locutus fuerit,

II. Morb. IV. 16. *a Cels. II. 6. p. 55. l. 27.*
XXII. 2. 3. 4.

6. Qui à tetano (i. e. *rigore*) *a* corripiuntur, in quatuor diebus pereunt. Si verò hos effugerint, sani fiunt.

Judication. VIII. 19. *III. Morb. XXIII. 11.*

a Cels. II. 1. p. 45. l. 3. IV. 3. p. 193. l. 30.

7. 1 Quibus epilepsiæ *a* ante pubertatem contingunt, mutationem habent. Quibus verò accidunt viginti quinque annos *natis*, his plerumque commoriuntur. 2

VI.

VI. Epid.VIII. 96. *2 Aph.II. 39.*
1 Aph.II. 45. *II.Prædict.XVI.15.16*

II.Prædict.XVI.2.3. *Morb.Sac. XIII.1.5.*
a Celſ. II. 8. pag. 73. l.13. III.23.p.172.l.17
II.2.p.47.l.2. II. 8.p.68.l.26.

8. Qui pleuritici facti, non repurgantur ſupernè in quatuordecim diebus, his in ſuppurationem convertitur.

Aph.V.14. *I.Morb.III.29.*
Loc.in Hom. XXVII.4. *X.12.*
Coac.III.131.132.171. *XI.6.ad 11.*
VII.Epid XLVII.16.

. . . XXIII.15.16. *Affection.VIII. 19.20.*
XXIV.10. *IX.13.*
III. Morb. XVI.30. *Int.Affect.I. 26.*
Vict.Acut.VII.1.2.

9. Tabes maximè fit ætatibus, ab anno octavo decimo *a* uſque ad quintum trigeſimum.

Aph.III. 29. *Coac. III. 260.*
VIII.7. *a Celſ.III.21.p.169.l.24.*

10. Quibus anginam effugientibus, *a* ad pulmonem vertitur, in ſeptem diebus moriuntur. Si verò hos effugerint, ſuppurati fiunt.

Præn.XXIII.15. *Coac.III.100.101.105.106.*

II.Morb XXVII.15.ad 19. *a Celſ.II.6.p.64.l.6*

11. A tabe vexatis si sputum, quod excussiunt, prunis superfusum graviter oleat, *a* & capilli de capite defluant, lethale.

Coac.III.213.252. *II.Morb.XLVI.16.ad 20*
LV.20.ad 23.

Affection.VIII.19.
a Cels.II.8.p.72.l.1.III.22.p.168.l.4.

12. Quibus tabe laborantibus capilli *a* de capite defluunt, hi, alvi fluxu superveniente, moriuntur.

Aph.V.14. *Coac.III.244.255.*
VII.78. *I.Morb.X.36.*

II.Morb.XLVI.12. *b Cels.II.8.p.72.l.3.*
a Cels. II.8.p.71.l.33.

13. Qui sanguinem spumosum expuunt, *a* his ex pulmone talis rejectio fit.

Coac.III.216.250.251.273. *II.Morb.LI.4.*

a Cels.II.7.p.61.l.31. Al. Trall. VII.1.
Aretæus de sign. Morb. Acut.l.2.c.2.

14. A tabe detento alvi profluvium *a* superveniens, lethale.

Aph.V.12. *I.Morb.V.5.*
VI.17. *X.36.39.*
VII.78. *XI.41.*
Coac.III.244.256. *XIV.10.*

a Cels.

a Celſ.II.8.p.72.l.2. III.22.p.171.l.30.
Aretæus de Morb.Diuturn.l.1.8.in fin.

15. Qui ex pleuritide ſuppurati fiunt, ſi intra quadraginta dies, *a* ex quo ruptio fuerit facta, repurgentur ſupernè, liberantur: ſi verò minùs, ad tabem tranſeunt.

Aph.V.12. *Loc.in Hom.XXV.10.*
VI.16. *Coac.III.141.171.209.215.*

VII.Epid.XLVII.16.17 *III.Morb.XVI.35.*
I.Morb.X.15.17.20. *a Celſ.II.7.p.62.l.15.*
II.Morb.LV.23. *II.8.p.66.l 34.*

16. Calidum, eo frequenter utentibus, has affert noxas: 1 *a* carnis effœminationem, nervorum impotentiam, mentis torporem, *b* ſanguinis eruptiones, 2 animi deliquia: hæc, quibus mors.

Humid.uſ.III.2.3. *Articul.LVII.3.*
1 *Offic.Medic.VIII.14.* 2 *Aph.I.23.*

a Celſ.I.9.p.40.l.6. I.3.p.28.l.22.
b Celſ.II.p.44.l.33. Vitruv. de Architect.I.4.
Aretæus de curat. Morb.Acut.II.2.

17. Frigidum *a* autem, convulſiones, tetanos, i. e. *rigores*, nigrores, & rigores febriles.

Aph.V.20. *Humid. uſ. III.4.*
IV.5.
Fractur.XXXVII.6. *a Celſ.II.1.p.45.l.1.*
Articulor.LXXIV.10.

18. Frigidum *a* inimicum ossibus, dentibus, nervis, cerebro, spinali medullæ: calidum verò, utile.

Humid us. IV. 1.4. *a Cels. I.9.p.39. l.20.*

19. Quæ perfrigerata sunt, excalefacere oportet, 1 præterquàm quæ sanguinem profundunt, aut sunt profusura.

Aph. II.22. *Humid. us. I.* 21.
V.23. 1 *Humid. us. XI.* 28.

20. Ulceribus frigidum quidem mordax, *a* cutem obdurat, dolorem non suppurantem facit, nigrores, rigores febriles, convulsiones, & tetanos. i. e. *rigores.*

Aph. V. 17. *Fractur. XXXVII.* 6.
*Humid. us. III.*4. *Articul. LXXIV.* 10.
IV. 5. *a Cels. I.9.p.39.l.24.*
*XI.*15.

21. Est verò, ubi in tetano, i. e. *rigore* 1 sine ulcere, *a* juveni benè carnoso, æstate mediâ, 2 frigidæ multæ affusio, caloris revocationem facit. Calor autem hæc solvit.

*Humid. us. XI.*16. 2 *III. Morb. XIV.*17. *ad XV*
3 *Aph. V.*25. *a Cels. I.9.p.39.l.26.*

22. 1 Calidum suppuratorium, non in omni ulcere, maximum signum ad securitatem: 2 cutem emollit, attenuat, dolores sedat, rigores, 3 convulsiones, tetanos i.e. *rigores*

gores mitigat: capitis verò gravitatem solvit: plurimum autem confert ossium fracturis: 4 maximè verò denudatis: ex his quidem maximè, qui in capite ulcera habent: & quæ à frigore moriuntur, aut ulcerantur: & herpetibus exedentibus sedi, 5 pudendo, utero, vesicæ. His calidum quidem amicum & decretorium: frigidum verò inimicum & occidens.

Humid. us. XI. 18. ad 28. — *Ulcer. V. 1.*
1 *Humid. XI. 10.* — 2 *Humid. us. I. 10.*
3 *Humid. us. I. 19.*
I. Morb. VI. 14. — 5 *Humid. us. VI. 2. 3.*
4 *Humid. us. V. 13.*

23. 1 In his autem frigido uti oportet, unde sanguis erumpit, aut erupturus est: non super ipsa, sed circa hæc, unde influit. Et quæcunque inflammationes, *a* aut flammei ardores ad rubrum, & sanguinem colorem vergentes novo sanguine, super ipsos: nam inveteratos nigrefacit: erysipelas etiam non exulceratum (juvat:) quoniam exulceratum lædit.

1 *Vid. Aph. V. 19.* — *a Cels. I. 9. p. 39. l. 32.*

24. Frigida, velut nix, glacies, 1 pectori *a* inimica, 2 tusses movent, sanguinis eruptiones, *ac* catarrhos inducunt.

1 *Humid. us. IV. 8. V. 16.* — 2 *VI. Epid. III. 22.*
a Cels. I. 9. p. 39. l. 21.

25. Tu-

25. Tumores autem in *a* articulis & dolores absque ulcere, & podagricos, 1 & convulsiones, horum plurima, frigida multa affusa & levat, & attenuat, & dolorem solvit. Torpor enim modicus doloris solvendi vim habet.

Humid.us.X.14.15. *a Cels.I.9.p.39.l.31.*
1 *Aph.V.21.*

26. Aqua, quæ citò calefit, *a* & citò refrigeratur, levissima.

Aër.Aq.Loc.XVII.1. *a Cels. II. 18.p.100.*
II.Epid.II.29. *l.11.*

27. Quibus autem bibendi appetentiæ noctu, iis valdè sitientibus, si obdormierint, bonum.

VI.*Epid.IV.42.* *a Cels.I.8.p.38.l.22.*

28. Suffitus aromatum muliebria ducit. Sæpius autem ad alia utilis esset, nisi capitis gravitates induceret.

Natur.Mul.XIX.161. ad 187.

29. Prægnantes purgandæ, si turgeat *materia*, quadrimestres, & usque ad septimum mensem: hæ verò minùs. Juniores autem, & seniores *fœtus*, *a* cautè vitare oportet.

Vid.Aph.IV.1. *a Cels.II.6.p.55.l.30.*

30. Mu-

30. Mulierem in utero gerentem ab acuto *a* aliquo morbo corripi, lethale.

Aph. V. 43. 51. *I. Morb. III.* 9.

a Celſ. II. 6. *p.* 55. *l.* 30. *Hippocr. I. Epidem. Sect. II.* 141. *de Natur. Puer. XII.* 19.

31. Mulier in utero gerens ſectâ venâ *a* abortit: & magis, ſi major fuerit fœtus.

a Celſ. II. 10. *p.* 77. *l.* 20.

32. Mulieri ſanguinem *a* evomenti, menſtruis erumpentibus, ſolutio fit.

I. Morb. VI. 11.

a Celſ. II. 8. *p.* 69. *l.* 28. *IV.* 4. *§.* 5 *p.* 202. *l.* 31.

33. Mulieri, menſtruis deficientibus è *a* naribus ſanguinem fluere, bonum.

Virgin. Morb. III. 2.

a Celſ. II. 8. *p.* 69. *l.* 30. *Hipp. Epid. I. Sect. II.* 138. 139.

34. Mulieri in utero gerenti ſi alvus *a* multùm fluxerit, periculum ne abortiat.

II. Prædict. XXX. 14. *Coac. III.* 416.

I. Morb. Mul. XXXVII. 5. *XLI.* 3. 6. *a Celſ. II.* 7. *p.* 61. *l.* 33.

35. Mu-

35. Mulieri ab uterinâ *passione* vexatæ, aut difficulter parienti, *a* sternutatio superveniens, bonum.

Aph. V. 49. *Coac. III.* 175.
Prænot. XIII. 11.

Morb. Mul. XCIII. 1. 6. 7.
a Cels. II. 8. *p.* 69. *l.* 33.

36. Mulieri menses decolores, neque secundum eadem (*tempus & modum*) semper prodeuntes, purgatione opus esse significant.

Verat. us. I. 11. 60 *Natur. Mul. X.* 3. 13.

37. Mulieri in utero gerenti, si mammæ ex improviso graciles fiant, abortit.

Aph. V. 53. *II. Epid. I.* 42.

I. Morb. Mul. XLIV. 1. 2. 3.
a Cels. II. 8. *p.* 76. *l.* 6.

38. Mulieri in utero gerenti, si altera mamma gracilis fiat gemellos gestanti, alterutrum abortit. Et, si quidem dextra gracilis fiat, marem: si verò sinistra, fœminam.

Aph. V. 48.

39. Si mulier, quæ nec prægnans est, nec peperit, lac habeat, ei menstrua defecerunt.

II. Prædict. XXXV. 5. *a Cels. II.* 8. *p.* 76. *l.* 8.

40. Mu-

40. Mulieribus quibus in mammas ſanguis convertitur, inſaniam ſignificat.

II. Epid. VI. 62. a Celſ. II. 7. pag. 63. l. 34.

41. Mulierem ſi velis cognoſcere, an prægnans ſit, ubi dormitura eſt, (incœnatæ) aquam mulſam bibendam dato. Et ſi quidem tormen habeat circa ventrem, prægnans eſt: ſi verò minùs, prægnans non eſt.

Aph. V. 61. Steril. VI. 6. 7. 8. 11.

42. Mulier prægnans, ſi quidem marem geſtat, benè colorata eſt: ſi verò fœminam, malè colorata.

Steril. VII. 1.

43. Si mulieri prægnanti eryſipelas in utero fiat, lethale.

2 Aph. V. 30. 1. Morb. III.

Natur. Mul. XII. 17. 27. II. Morb. Mul. LVIII. 12. 29.

44. Quæ præter naturam tenues exiſtentes in utero gerunt, abortiunt, priuſquam craſſeſcant.

Nat. Mul. XIX. 1. 3. II. Morb. Mul. LXII. 20.

Steril. XXII. 1. 3.

45. 1 Quæ verò mediocriter corpus haben-

bentes abortiunt bimestres & trimestres sine causâ manifestâ, his uteri acetabula muco plena sunt, & non possunt continere fœtum præ gravitate, sed abrumpuntur.

Natur.Mul.XXVII.1.ad 5.
1.Morb.Mul.LXXXIV. 1 2.3.

1 *I.Morb. Mul. XII.4.*

46. 1 Quæ præter naturam crassæ existentes concipiunt in utero, his omentum os uteri comprimit, &, priusquam attenuentur, prægnantes non fiunt.

Aër. Aq.Loc.IX.12. *Aristotel. de Gener. Animal.I.18.*
II.Prædict.XXXII.12.
Natur.Mul.XIX.4.5.7.
Steril X.7. *Superfœt.XVIII.1.*
XV.11.ad 14. 1 *Superfæt.IX.4.*

47. 1 Si uterus coxæ incumbens suppuratus fuerit, necesse *est* medicamenta in linteo carpto applicati.

Natur.Mul.VI.5. *I.Morb.Mul.XCI.32.*

II.Morb.Mul.XXIX.5. 1 *Nat.Mul.VIII.1.*

48. Fœtus, mares quidem in dextris, fœminæ verò in sinistris magis.

Aph.V.38. *II.Prædict.XXXIV.10.12.*

II.Epid.VI.32. *Superfæt.XVIII.10.11.12.*

49. Ut

49. Ut ſecundæ excidant, ſternutatorio indito, nares & os apprehendere *oportet*.

Aph. V. 35. *Coac.* III. 175.
Prænot. XIII. 11. II. *Epid.* V. 42.

I. *Morb. Mul.* LXXVI. 6. 7. II. *Morb. Mul.* XCIII. 1. 6. 7. XLIII. 6. 7.

50. Mulieri menſtrua ſi velis cohibere, cucurbitam quam maximam ad mammas appone.

II. *Epid.* VI. 33. II. *Morb. Mul.* I. 4. 11. 17.

a Celſ. II. 11. *p.* 83. *l.* 24. IV. 20. *p.* 234. *l.* 1.

51. Quæ in utero gerunt, harum os uteri clauſum eſt.

Aph. V. 54. *Superfœt.* II. 1. 2. 3.
Octimeſt. IV. 5. 6. 7. XIX. 1.

52. Mulieri in utero grenti ſi multum lactis ex mammis fluxerit, infirmum fœtum ſignificat. Si verò ſolidæ fuerint mammæ, ſaniorem fœtum ſignificat.

II. *Epid.* VI. 35. 36. *Celſ.* II. 7. *pag.* 62. *l.* 1.

53. Quæ perdituræ ſunt fœtus, his mammæ graciles fiunt. Si verò rurſus duræ fiant, dolor erit, aut in mammis, aut in coxis, aut in oculis, aut in genibus, & non perdunt.

Aph.

Aph. V. 37. *II. Epid. II. 42.*

I. Morb. Mul. XLIV. 1.2.3.

54. 1 Quibus os uteri durum eſt, his neceſſe eſt os uteri 2 clauſum eſſe.

Aph. V. 51. *XLVI. 1.2.*
Natur. Mul. XXXI. 10. *XLVII. 1.*
II. Morb. Mul XXIII. 11. *XLIX. 1.2*
XLV. 11.12. *L. 1.2.*

1 *Natur. Mul. XXIX. 9* *II. Mor. Mul. XVIII. 24*
2 *I. Morb. Mul. XXIV. 2* *L. 13.*
LXVIII. 5.

55. 1 Quæcunque in utero gerentes à febribus corripiuntur, & vehementer attenuantur abſque manifeſtâ occaſione, difficulter & periculosè pariunt, ut abortientes periclitantur.

Aph. V. 30. 43. *Coac. III. 408.*

1 *Aph. II. 28.*

56. Si fluxui muliebri, convulſio & animi deliquium ſuperveniat, malum.

Aph. V. 3. *Coac. III. 424.*

II. Morb. Mul. XIII. 7.9.

57. 1 Menſibus copioſioribus prodeuntibus, morbi contingunt: 2 & nõ prodeuntibus,

bus, ab utero fiunt morbi.

1 *Natur. Mul. XIII. 5.*
XXXIX. 1. 2. 5 6.
XL. 2. 5. 6.
I. Morb. Mul. XIV. 1. 12.
II. Morb. Mul. III.
V.
VI. &c.
2 *Natur. Puer. VI. 14.*
XIII. 1.

Virg. Morb. II. 5. ad 14.
Natura Mul. XVIII. 1. ad 5.
I. Morb. Mul. III. 1.
X. 1. ad 5.
Superfœt. XXIV. 1.
a *Cels. II 7. Diag. 59. l. 29.*
Hippocr. de Genitur. VII. 8.
Coac. Prænot. III. 412. 413.

58. 1 Recto inteſtino inflammato, & utero inflammato, & renibus ſuppuratis, urinæ ſtillicidium ſupervenit. 2 Hepati autem inflammato, ſingultus ſupervenit.

1 *Fiſtul. III. 1.*
IV. 1.

2 *Aph. VII. 13.* *Int. Affect. XLI. 6.*

59. Mulier ſi in ventre non concipiat, velis autem ſcire an conceptura ſit, veſtibus circumtectam ſubtèr ſuffito, & ſiquidem pro-

procedere tibi videatur odor per corpus ad nares & ad os, ſcito, hanc non propter ſe ipſam infœcundam eſſe.

Aph. V. 41.
Natur. Mul. VII. 9.
I. Morb. Mul. CVII. 1. *&c.*
II. Morb. Mul. XL. 20. 21.

Steril. VI. 3.
Superfœt. IX. 3.
X. 9. 11.

60. Si mulieri in urero gerenti purgationes prodeant, fœtum ſanum eſſe impoſſibile.

Natur. Puer. V. 3.

I. Morb. Mul. XL. 2. 5. 9. 11.
XLIV 4. 5. 6.
XCIX. 2.

61. Si mulieri purgationes non prodeant, neque horrore, neque febre ſuperveniente; cibi autem faſtidia ipſi accidant, hanc in utero gerere putato.

Aph. V. 41. *I. Morb. Mul. XCIX.* 2.

Steril. VI. 9. 10.

62. Quæ frigidos ac denſos uteros habent, non concipiunt. 1 Et quæ præhumi-

nidos habent uteros, non concipiunt: extinguitur enim ipsis genitura. Et quæ siccos magis & adurentes: alimenti enim inopiâ semen corrumpitur. Quæ verò ex utrisque temperamentum habent moderatum, 2 hæ ipsæ proliferæ fiunt.

1. *Morb. Mul.XXXVI.* 27.
XXXIII. 5.
XXXIV. 1.

2. *II. Prædict.XXXIII.2.ad 6.*

63. Similiter autem etiam in masculis. 1 Aut enim propter corporis raritatem, spiritus extra fertur, ut semen non demittat. 2 Aut propter densitatem humidum non pervadit foras. Aut propter frigiditatem non incalescit, ut ad hunc locum congregetur. Aut propter caliditatem hoc idem contingit.

1 *Aliment.*IV.1.2.5.
2 *Aliment.*VI.3.4.6.7.

64. 1 a Lac dare capite dolentibus, malum. Malum verò etiam febricitantibus, 2 & quibus hypochondria elevata *sunt* murmurantia, & siticulosis. Malum autem & quibus dejectiones biliosæ, & qui in acutis sunt febribus: & quibus copiosi sanguinis facta est egestio. 3 b Convenit verò tabidis 4 non admodum valdè febricitantibus (lac) dare, & in febribus longis & languidis

dis, nullo ex suprà dictis signis præsente: & præter rationem quidem extenuatis.

III. *Epid. III. Æg. XIII. 7.*
1 I. *Morb. Mul. LXXXVIII. 22.*
2 *Aph.* IV. 73.
3 *Int. Affect* IV. 25.
XI. 2.

4 *II. Morb. Mul. VIII. 21.*
a Cels. III. 22. p. 170. l. 7.
b Cels. III. 22. p. 170. l. 11.
Aretæus de Curat. Acut. 1. 3.

65. Quibus tumores in ulceribus *a* apparent, non valdè convelluntur, neque insaniunt. His autem derepentè disparentibus, quibus in posticâ quidem parte *fuerint* convulsiones, tetani: i. e. *rigores* quibus verò in anticâ, insaniæ, aut lateris dolores acuti, aut suppuratio, aut dysenteria, si rubicundi fuerint tumores.

II. *Epid. III. 129. ad 132.*

a Cels. II. 7. p. 62. l. 5.

66. Si, magnis & pravis existentibus vulneribus, tumores non *a* appareant, ingens malum.

II. *Epid. III. 128.*
XXIII. 1.

a Cels. V. 26. p. 295. l. 31.

67. La-

67. Laxi *tumores*, boni: crudi verò, mali.

II. Epid. III. 128.

68. Posticâ capitis parte dolenti, rectâ in fronte venâ sectâ juvat.

Loc. in Hom. XLIX. 10.
II. Prædict. XXXVI. 5. 6.

VI. Epid. II. 48. *Soran. Ephes. Isagog.*
Affection. II. 10. 11. *c. XXI.*

69. Rigores incipiunt, mulieribus quidem ex lumbis magis, & per dorsum ad caput. Viris autem, posticâ magis parte, quàm anticâ corporis, velut ex cubitis ac femoribus. 1 Sed & cutis *viris* rara *est*. Hoc quidem pilus indicat.

II. Epid. III. 111. *VI. Epid. III.* 30. *ad* 35.

1 *Natur. Puer. XVII.* 2. 3. 14.
XVIII. 1.

70. A quartanis correpti, 1 à convulsione non admodum corripiuntur. 2 Si verò priùs corripiantur, & posteà quartana supervenerit, liberantur.

Aph. II. 26. *VI. Epid. VI.* 16.
I. Epid. III. 17. 18. *VIII.* 96. 97.

1 *San. Tuend. ad Dem.* 12. 2 *Vid. Aph. IV.* 57.

71. Quibus cutis obtenditur arida ac dura, ſine ſudore moriuntur. Quibus verò laxa ac rara, cum ſudore moriuntur.

VI.*Epid.VI.*29.

72. Icterici non admodum flatulenti ſunt.

SECTIO SEXTA.

I.

IN diuturnis inteſtinorum lævitatibus ructus acidus ſuperveniens, qui prius non fuit, ſignum bonum.

*II.Epid.II.*49.50.51. *I.Morb.VI.* 10.

2. Quibus nares naturâ humidiores, & genitura humidior, imperfectiùs ſani ſunt: quibus verò contraria, perfectiùs.

VI.Epid.VI. 37.

3. In longis dyſenteriis appetitus proſtratus, malum: & cum *a* febre pejus.

VI.*Epid.VIII.*1. *Coac.VI.* 100.

a Celſ.II. 8.*pag.*69. *l.*5.

4. Ulcera circum glabra, *a* maligna.

VI.*Epid.*

VI. *Epid VIII.2.*

a Cels.V.26.§.31.p.300. l.10. VII.3.p.411.16.

5. Dolores & in lateribus, & in pectoribus, & in aliis (partibus,) si multùm differant, considerandum.

II. Prædict.XVI.4. VI. *Epid.*VII.83.
XIX.6.7. *Vict. Acut. LII, 1.2.3.*
XX.4.

6. Renum & vesicæ dolores difficulter sanantur *in* senibus.

VI. *Epid. VIII. 4.*

7. Dolores qui in ventre fiunt, elevati quidem, leviores: non elevati verò, vehementiores.

8. 1 Hydropicis ulcera in corpore orta, *a* non facilè sanantur.

1 *Aph.VI.* 14. *a Cels.III.21. pag.*161.*l.4.*

9. Efflorescentiæ latæ, non admodum pruriginosæ.

VII. *Epid.II.52.*

10. Caput *a* laboranti, & circumcirca dolenti, pus, aut aqua, aut sanguis effluens per nares, aut per os, aut per aures, solvit morbum.

Judicat.XII.3. *Sal.Diæt.XIV.4.*
Coac.II.25.26.27.59. VII. *Epid.* XXX. 6.16.

II.Morb.IV.18. *III.Morb.II.* 6.7.8.
XII.1.ad 7. *a Celſ. II.* 8. *p.*70.*l.*9.
XVI. 10.

11. Melancholicis, & nephriticis, hæmorrhoides ſupervenientes, bonum.

Aph.VI. 21. *Humor.XI.*1.
Judicat. X. 9.

12. Hæmorrhoidas curanti diuturnas, niſi una ſervata fuerit, periculum *a eſt* ne hydrops ſuperveniat, aut tabes.

*Humor.XI.*3. IV.*Epid.XXXI.*1.2.

V.*Epid.*X.18.*ad* 21. *a Celſ. II.* 7.*pag.* 62.
VI.*Epid.III.*65. *l.*12.

13. A ſingultu detento ſternutationes *a* ſupervenientes, ſolvunt ſingultum.

*Prænot.XIII.*11. *Coac.III.* 175.

a Celſ.II. 8.*p.*69.*l.*27.

14. Ab hydrope detento, ſi aqua ſecundum venas in alvum fluxerit, ſolutio *fit*.

Aph. VII. . 29. *Coac. III.*285. 289.
*Flat.XIIX.*8.9. *I.Morb.VI.* 7.
*Judication.XI.*20. *II.Morb.LXIX.* 11.12.

15. A

15. A diuturno alvi *b* profluvio detento, ſpontè ſuperveniens vomitus, alvi profluvium ſolvit.

II.Diæt.XXVI.15.16. *I.Morb.VI.10.*
Loc.in Hom.XLV.8. *VII.7.*
Coac.III.7. *b Celſ.II.8.p.69.l.27.*

16. A pleuritide, aut à peripneumoniâ detento alvi *c* profluvium ſuperveniens, malum.

Aph.V.12.14. *I.Morb.VI.5.*
Loc.in Hom.XXIX.15. X.41.
16.17.
III.Morb.XVII.59. *c Celſ.II.8.p.71.l.9.*

17. Ophthalmiâ *d* laborantem ab alvi profluvio corripi, bonum.

Judication.XII.9. *Coac.II.130.133.*

d Celſ.II.8.p.69.l.20.

18. Cui perſecta eſt veſica, aut cerebrum aut cor, aut ſeptum tranſverſum, aut aliquod ex inteſtinis tenuibus, aut ventriculus, aut hepar, lethale.

Aph.VI.24.
II.Prædict.XIX.2.ad 6.11.12.
XXII.1.
Coac.III.387.388.389.

I.Morb.III.4. *a Celſ.V.26.§.2.pag.*
VII.21. 283.*l.*18.

19. Ubi dissectum fuerit os, aut cartilago, 1 aut nervus, *a* aut genæ pars tenuis, aut præputium, neque augetur, neque coalescit.

Aph.VII.28. 1 *II.Prædict.XXIV.1.*
Coac.III.379.ad 382. *I.Morb.III.*33.33.
VII.21.

a Cels. II.10.p.81.l.24.V.26.§.22.p.291.l.28.
Aristotel.Hist. Anim.I.13.

20. Si in ventrem sanguis effusus *c* fuerit præter naturam, necesse *est* suppurari.

Aph. VII. 38. *I.Morb.III* 38.
Flat.XVII.3. X.42. *ad* 48.
XII. 4.
XV. 4.

c Cels.II.7.pag.62. l.29.

21. Insanientibus, si varices, *d* aut hæmorrhoides supervenerint, insaniæ solutio *fit*.

Aphor.VII.5. *Humor.* XI. 1.

d Cels.II.8.p.69.l.12.

22. Quæ ruptiones ex dorso ad cubitos descendunt, venæsectio solvit.

II.Morb.LIX.22. *a Cels.II.10.p.81.l.21.*

23. Si metus & *a* tristitia multo tempore perseverent, melancholicum hoc ipsum.

Aph.

Aph. VII. 40. *a Celſ. II.* 7. *p.* 62. *l.* 17.

24. Si ex inteſtinis tenuibus aliquod diſſectum fuerit, non coaleſcit.

Aph. VI. 18. 19. *II. Prædict. XIX.* 4.

Coac. III. 379. 387. *I. Morb. VII.* 24.

25. Eryſipelas foris quidem intrò verti, non bonum: intùs verò foràs, bonum.

Aph. VI. 37. *Prænot. VII.* 3.
XXIII. 9.

Coac. III. 103. *I. Morb. VI.* 8. 9.

26. Quibus in febre ardente tremores *b* fiunt, delirium ſolvit.

Judicat. XI. 10. *Coac. I.* 185.

b Celſ. II. 8. *pag.* 69. *l.* 34.

27. Qui ſuppurati, 1 aut hydropici *a* uruntur, aut ſecantur, *hi* pure aut aquâ acervatim effluente, omninò moriuntur.

Aph. II. 51. *II. Morb. XLV.* 24. *ad* 28.
VII. 44. *III. Morb. XXVII.* 1.
Coac. III. 91. 92. 2. 14.

Int. Affect. IV. 30. 1 *VI. Epid. VII.* 62.
X. 20. *ad* 23. *a Celſ. II.* 8. *p.* 73.
XXV. 10. *ad* 36 *l.* 2.
XXVII. 5.

28. Eunuchi *d* non laborant podagrâ, 1 neque calvi fiunt.

1 *Nat. Puer.* XIIX. 4.5.6.
XIX.1.

d Celſ. IV. 24. *p.*237. *l.*20.

29. Mulier non *a* laborat podagrâ, niſi menſes *b* ipſi defecerint.

V. *Epid.* XXXIII.4. I. *Morb. Mul.* XIII.
VI. *Epid.* VIII.98. *ad* 6.11.
101. *a Senec. Ep.* XCV.
VII. *Epid.* XLIX.12. *b Celſ.* IV.24.*p.*237.*l.*22

30. Puer *c* non laborat podagrâ, ante Veneris uſum.

Coac. III.395. *c Celſ.* IV.24.*p.*237.*l.*20.

31. Oculorum dolores meri potus, aut balneum, *d* aut fomentum, aut venæſectio, aut purgatio ſolvit.

Aph. VII.46. II. *Epid.* VI. 26.

d Celſ. VI.6.*pag.*348.*l.*10.

32. 1 Balbi ab alvi profluvio maximè corripiuntur longo.

1 *Præcept.* XII.1.*ad* 5. *Coac.* II. 147.

Verat. uſ. 1. 12.

33. Aci-

33. Acidum ructantes non admodum pleuritici fiunt.

34. Qui calvi *sunt*, his varices magni non fiunt. Quibus verò dum sunt calvi, superveniunt varices, hi rursus capillati fiunt.

II. *Epid. V.* 40.

35. Hydropicis tussis *a* superveniens, malum.

*Aph.VII.*47. II. *Prædict. XI.*1.16.

II. *Epid.V.* 28. *a Cels.II.*8.*p.* 72. *l.*25.

36. Urinæ difficultatem venæsectio solvit: secandæ verò internæ.

Vid. Aph. VII. 48.

37. Ab anginâ detento tumorem *a* fieri in collo, bonum: foras enim morbus vertitur.

*Vid.Aph.VII.*49.
a Cels. IV. 4. *p.* 196.*l.*18. *IV.* 4.*p.*197. *l.*14.

38. 1 Quibus occulti cancri fiunt, *eos* non curare melius est. Curati enim citò pereunt. Non curati verò longius tempus perdurant.

1 *II.Prædict.XVIII.*5.9.
XXI.V.

II. Morb.XXIII. 25.

39. Convulſio fit aut à repletione, aut evacuatione. Sic quidem etiam ſingultus.

40. Quibus ad hypochondrium dolores fiunt abſque *b* inflammatione, his febris ſuperveniens ſolvit dolorem.

Aph.VII.52. *Coac. III. 272.*

b Celſ.II. 8. p.70. l.3. III.10. p.139.l.17.

41. Quibus ſuppuratum quid in corpore exiſtens, nullum ſui ſignum prodit, his propter craſſitudinem puris, aut loci, ſignum non exhibet.

Coac.III. 238.239. *II.Morb.XLV.14.*

III.Morb.Mul.XXVII.1.

42. In ictericis hepar *a* durum fieri, malum.

Aph. IV. 64. *Coac.II. 223.225. ad 229.*

a Celſ.II. 8.pag. 74. l.22.

43. 1 Qui lienoſi à dyſenteria *b* corripiuntur, his longâ ſuperveniente dyſenteriâ, hydrops ſupervenit, 2 aut inteſtinorum lævitas, & pereunt.

Aph.VI. 48. *Affection.XXI.23.*
VII.76. *XXIII.3.*
Coac.III.295.296. *XXVIII. 1.*
1 *I. Morb.III. 27.* *b Celſ.II.8.p.74.l.24.*
2 *Coac. III. 275.*

44. Qui-

44. Quibus ex *a* urinæ ſtillicidio volvulus ſupervenit, in ſeptem diebus pereunt, niſi febre ſuperveniẽte urina abundè fluxerit.

Judicat.XII.2. *a Celſ. II. 8. p. 70. l.7.*
Coac.III.314. *II.8.p.74. l.28.*
V.75.87.

45. Ulcera quæcunque annua fiunt, aut longius tempus occupant, neceſſe eſt os abſcedere, 1 & cicatrices cavas fieri.

Fractur.XXXVI.2. 1 *Ulcer.V.4.*

46. 1 Qui gibbi ex aſthmate, aut tuſſi fiunt ante pubertatem, pereunt.

1 *Articul.XXXVII.1.4.5.6.*
XXXVIII.4.5.

Vectiarius XXI.6.ad 11.

47. Quibus venæſectio, aut purgatio conducit, his vere convenit venam ſecare, aut purgationem facere.

Aph. VII. 53.

48. Lienoſis dyſenteria *a* ſuperveniens, bonum.

Aph. VI. 43. *Coac.III.295.*

I.Morb.VI.7. *a Celſ.II.8.p.70.l.1.*

49. Qui podagrici morbi fiunt, hi ſeda-

tâ inflammatione in *b* quadraginta diebus decedunt.

Judicat.VI.3. *b Celſ.IV.24. p 240. l.1.*

50. Quibus perſciſſum fuerit cerebrum, his neceſſe eſt febrem, & bilis vomitum ſupervenire.

II.Prædict.XXII. 12.16.
XXIII.5.ad 11.
*Coac.III.*271.383.384.

I.Morb. III. 31.
a Celſ.V. 26. *p.*289. *l.*34.

51. Quibus ſanis dolores derepentè fiunt in capite, & ſtatim muti fiunt, ac ſtertunt, in ſeptem diebus pereunt, 1 niſi febris apprehenderit.

Judicat.XII. 4. *III.Morb.VIII.* 2.
*Coac.II.*6. 1 *I.Prædict.X.*13.
*III.*320.*ad* 323. *XII.* 8.
*II.Morb.VI.*1.2.3.4.7. *a Celſ.II.*8.*p.*72. *l.*14.
*XXI.*2.*ad* 12.

52. Conſiderare verò etiam oportet oculorum ſubtùs apparentia in ſomnis. Si enim albi quid, palpebris commiſſis, ſubtùs appareat, cui *id* non ex alvi profluvio eſt, aut ex potione purgante, pravum ſignum, & valdè lethale.

Prænot.III. 1. *Prædict.XI.*2.

Coac.

Coac.II. 124.
a Celſ.II. 6. *p.*54. *l.*20. *II.* 8. *p.*72. *l.*18.

53. Deliria, cum riſu quidem accidentia, ſecuriora: cum ſtudio verò periculoſiora.

Coac.I. 141. *a Celſ.III.* 18. *p.*154. *l.*32.

54. In acutis affectionibus quæ cum febre *ſunt*, luctuoſæ reſpirationes, malæ.

55. Podagrici *morbi* vere, & autumno moventur ut plurimùm.

*Aph.III.*10.
*a Celſ.II.*1.6.43. *l.*28. *III.*24. *p.*238. *l.*3.

56. 1 Morbis melancholicis ad hæc periculoſi ſunt *humorum* 2 decubitus, 3 aut corporis ſiderationem, aut convulſionem, aut inſaniam, aut cæcitatem ſignificant.

1 *Aph.VII.* 40. 2 *Vict. Acut. XLV.* 3.

*II. Prædict.XIII.*3. 3 *Coac.III.*316.317.

57. Apoplectici autem fiunt maximè ætate ab anno quadrageſimo uſque ad ſexageſimum.

Aph.III. 31.

58. Si omentum exciderit, neceſſe eſt putrefieri.

*Coac.III.*378. *I. Morb.III.* 36.

59. Qui-

59. Quibus à diuturno coxendicis morbo vexatis coxa excidit, & rurſus incidit, his mucus innaſcitur.

60. 1 Quibus à diuturno coxendicis morbo vexatis coxa excidit, his crus tabeſcit, 2 & claudicant, 3 niſi uſti fuerint.

1 *Glandul.X.8.* *Int.Affect.LVIII.2.*
2 *I.Morb.III.16.*

3 *Aër.Aqu.Loc.XLVII.5.*
Affection.XXX.12.
a Celſ.IV.23.pag.236.l.19.

SECTIO SEPTIMA.

I.

IN 1 morbis acutis extremarum partium frigus, malum.

Aph.VII.26. *Coac.I.165.*
Prænot.XV.9. VI. *Epid.VIII.93.*

1 *Aph. IV. 8.*
a Celſ.II.4.p.11.l.25. II. 6.p.55. l.21.

2. Ex oſſe ægrotante caro livida, malum.

3. A vomitu ſingultus, & oculi rubri, malum.

Coac.IV.20. *a Celſ.II.4.p.51.l.27.*

4. A ſudore *a* horror, non bonum.

I.Præ-

I.Prædict.VII.14.15. a Cels.II.4.p.51.l.26.

5. Ab insaniâ dysenteria, aut hydrops, aut mentis emotio, bonum.

Aph.V.21.

6. In morbo diuturno appetitus prostratus, *a* 1 & meracæ *b* dejectiones, malum.

1 *Aph.VII.23. a Cels.II.4.p.51.l.29.*

b Cels.II.4.pag.53.l.3.

7. A multo potu rigor, & delirium, malum.

Aph.V. 5.

8. A tumoris intus ruptione, exsolutio, vomitus, & animi deliquium fit.

Coac.II.236. I.Morb.XII.7.

9. A sanguinis fluxu *a* delirium, aut etiam convulsio, malum.

Aph.V.3. Coac.III. 57.

a Cels.II.8.pag.76. l.12.

10. Ab ileo vomitus, aut *a* singultus, aut convulsio, aut delirium, malum.

Coac.III. 303. a Cels.II.8.p.74.l.20.

11. A pleuritide *a* peripneumonia, malum.

Coac.III.172. *Affection. IX. 12.*

a Celſ.II.7.pag.64.l.13.

12. A peripneumoniâ phrenitis, malum.

13. Ab ardoribus vehementibus *a* convulſio, aut tetanus, (*rigor*) malum.

Aph.II.26. *a Celſ.II.7.p.64.l.14.*

14. A plagâ *a* in caput, ſtupor, aut delirium, malum.

Coac.II.8. *Cap.Vulner XV.1.*
III.371 *a Celſ.II.7.p.64.l.16.*
VII. *Epid.XXX 8.*

15. A ſanguinis ſputo, puris ſputum, malum.

Aph.VII.16.78. *Nat.Human.XXXIII.1.*

II. *Prædict.XIV.1.3.*

16. 1 A puris ſputo, tabes, & fluxus. 2 Poſtquam verò ſputum *a* retinetur, moriuntur.

Aph.VII.15.78. 2 *Coac.III.257.*
1 *Glandul.X.2.3.4.*

1 *Morb X.17.20.* *Vict.Acut.VIII.6.7.8*
XI.40. *a Celſ.II.8.p.72.l.5.*

17. Ab hepatis inflammatione *a* ſingultus, malum.

Aph.

Aph.V.58. *a Celſ.II.7.p.72.l.3.*

18. A vigiliâ convulſio, aut delirium, malum.

a Celſ. II. 7. pag. 64. l.17.

19. Ab oſſis denudatione eryſipelas, (malum.)

Cap.Vulner.XXVII.4.

20. Ab eryſipelate putredo, aut ſuppuratio, (malum.)

21. A forti pulſu in ulceribus, ſanguinis *a* eruptio, (malum.)

a Celſ.II.7.p.69. l.18.

22. A dolore diuturno partium circa ventrem, ſuppuratio, (malum.)

Aph. VII. 26.

23. A meracâ dejectione *a* dyſenteria, (malum.)

Aph.VII. 6. *a Celſ.II.7.p.64.l.10.*

24. Ab oſſe perſciſſo delirium, ſi in vacuum penetraverit.

25. A purgantis potione convulſione lethale.

Vid.Aph. V. 1.

26. A 1 dolore vehementi partium, circa ventrem, extremarum, frigus *a* malum.

Aph. IV. 48. 1 *Aph.VII.22.*
VII.1. *a Celſ.II.8.p.68. l.14.*

27. Mu-

27. Mulieri in utero gerenti, teneſmus ſuperveniens, abortire facit.

I. Morb. Mul. XLII. 4.

28. Quodcunque os, aut cartilago, aut nervus in corpore diſſectus fuerit, neque augetur, neque coaleſcit.

Vid. Aph. VI. 19.

29. Si à leucophlegmatiâ detento vehemens diarrhœa *a* ſuperveniat, morbũ ſolvit.

Flat. XVIII. 8 9. Coac. III. 285. 326.
Judicat. XI. 21. I. Morb. VI. 7.

II. Morb. LXIX. 11. 12. a Celſ. II. 8. pag. 68.
Int. Affect. XXIII. 12. l. 14.

30 Quibus ſpumoſæ egeſtiones in alvi profluviis, 1 his de capite pituita defluit.

Morb. Sac. VII. 18. 1 Coac. V. 13. 14.

31. Quibus febricitantibus, 1 in urinis ſubſidentiæ fiunt craſſiori farinæ ſimiles, longam infirmitatem ſignificant.

1 *Præn. XI. 7. Coac. II. 199.*
V. 12. 64. 65.

32. Quibus autem bilioſæ *a* ſubſidentiæ, ab initio verò tenues, acutum morbum ſignificant.

Coac.

Coac.V.6.7. I. *Morb.XXVII.28.*

Vict.Acut.LIV.5. *a Cels.II.5.p.53.l.26.*

33. Quibus autem urinæ 1 distantes fiunt, iis vehemens est in corpore turbatio.

1 *Coac.V.*15.16.76. IV. *Epid. VI.*14.17.

34. Quibus verò in urinis bullæ superstant, *a* renum affectiones significant,& longam fore invaletudinem.

a Cels.II.5.p.53.l.29. II. 7.p.60.l.31.

35. Quibus autem pingue est & confertum quod supernatat, his *affectiones*,nephriticas, & acutas significat.

Prænot. XII. 1.2. *Coac.V.* 43.

IV.*Epid.VI.* 12.13.

36. Quibus verò nephriticis existentibus, prædicta signa accidunt, & dolores circa musculos spinales fiunt, si quidem ad loca exteriora fiunt, abscessum exspecta futurum extrorsum. Si verò dolores fiant magis ad interna loca, etiam abscessum magis introrsum fore exspecta.

37. Qui sanguinem *a* vomunt,si quidem sine febre, salutare: si verò cum *b* febre, malum. Curandum autem refrigerantibus & adstringentibus.

Aph.

Aph.IV.25. *Coac.III.238.ad 243.*

a Celſ. IV. 4. pag.203. l. 13.& 22.
b Celſ.II.6.pag.56. l.15.

38. Deſtillationes in ventrem ſupernum, in viginti diebus ſuppurantur.

Aph. VI. 20. *Loc. in Hom. XVIII.7.*

I. Morb. XI. 2. 3.

39. Si *quis* ſanguinem & grumos mingat, & ſtranguriam habeat, & dolor incidat ad perinæum, & imum ventrem, & pectinem, *partes* circa veſicam laborare ſignificat.

Vid. Aph. IV. 80.

40. Si lingua ex improviſo impotens fiat, aut aliqua corporis pars ſiderata, 1 melancholicum hoc ipſum fit.

1 *Aph.VI.23.57.* *II.Prædict.XVI.12.*

Coac.III.87.88.315.317.

41. Si ſenioribus nimiùm purgatis, ſingultus ſuperveniat, non bonum.

Vid.Aph.V.4.

42. Si febris, *quæ* non *eſt* à bile, detineat, *a* aquâ multâ, & calidâ in caput affusâ, febris ſolutio fit.

a Celſ. III. 14. pag. 143. l. 16.

43. Mu-

43 Mulier ambidextra non fit.

44. Qui ſuppurati utuntur, aut ſecantur, ſi quidem purum effluat pus & album, evadunt. 1 Si verò ſubcruentum, & cænoſum, ac graveolens, pereunt.

Aph.VI.27. *Prænot.VII.6.*
VII.45. *XIX.4.*

*II.Mor.XLV.*34.35. 1 *Coac.III.*217.218.269.

45. Qui *ad* hepar *a* ſuppuratum uruntur (aut ſecantur,) ſi quidem purum effluat pus & album, ſuperſtites evadunt: ipſis enim pus eſt in tunica. 1 Si verò effluat velut *b* amurca, pereunt.

*Aph. VII.*44. 1 *Coac.III.*218.274.
Prænot.VII.6.

a Celſ.II.8.p.67.l.3. *b Celſ.II.8.p.71.l.13.*

46. In doloribus oculorum, poſtquam merum bibendum dederis, & multâ calidâ laveris, venam ſecato.

*Vid.Aph.*VI.31.

47. Hydropicum ſi *a* tuſſis habeat, deſperatus eſt.

Aph. VI. 35. *I.Prædict.XI.* 1.6.

*II.Epid.V.*28. *a Celſ.II.8.pag.72.l.25.*

47. Uri-

48. Urinæ ſtillicidium, & urinæ difficultatem vini potus, & venæ ſectio ſolvit. Secandæ verò internæ (venæ.)

*Aph.*VI. 36. *II.Epid.VI.*39.

49. Ab anginâ detento tumor & rubor in pectore ſuperveniens, bonum: foras enim vertitur morbus.

Vid.Aph VI.37. *Prænot.VII.* 3.
XXIII. 14.

*Coac.II.*221. *I.Morb.XXVI.*26.
*III.*97.102. *XXVII.*14.

50. Quibus cerebrum 1 ſphacelo fuerit affectum, in tribus diebus pereunt: ſi verò hos effugerint, ſani fiunt.

*Coac.II.*53. *II.Morb V.*2.21.
XX.2.8.9.10.

1 VII.*Epid.XXX.*7.

51. 1 Sternutatio fit ex capite, percalefacto cerebro, aut perhumectato, *quod eſt* in capite, vacuo. Aër enim qui intus eſt ſupra modum (i.e. *vi*) foras effunditur. 2 Strepit aurem, quia per anguſtum ipſi eſt tranſitus.

1 *Prænot XIII.*11.
2 *Princip & Car.XIX.*1.*ad* 4.

52. Quibus hepar circumcirca dolet, his

his febris superveniens dolorem solvit.

*Aph.*VI.40. *Coac.III.272.*

53. Quibus sanguinem de venis auferre conducit, his vere venam secare oportet.

*Aph.*VI.47.

54. Quibus inter septum transversum, & ventrem pituita excluditur, & dolorem exhibet, in neutrum ventrem habens transitum, his per venas in vesicam pituitâ versâ, morbi solutio fit.

55. Quibus hepar aquâ repletum ad omentum eruperit, his venter aquâ impletur, & moriuntur.

Prænot.VIII.6. *Coac.III.276.278.*

Affection.XXIII.3.ad 10. *Int.Affect.XXVI.*1

56. Anxietatem, oscitationem, horrorem, 1 vinum par pari *aqua* potum, solvit (morbum.)

*II.Epid.*VI.45. 1 *II.Morb.XXXVIII.6.*

*Int.Affect.V.*14.
II.Morb.Mul.LXXXVIII 2.

57. Quibus in urinariâ fistulâ tuberculum *a* fit, his suppurato *eo* & perrupto, solvitur dolor.

*Vid.Aph.IV.*84. *a Cels.II.8.p.*70. *l.*22.

58. Qui-

58. Quibus cerebrum concuſſum fuerit ab aliqua cauſſa, neceſſe *eſt eos* ſtatim mutos fieri.

*Coac.III.*370. *I. Morb. III.* 34.

(Si à febre detento collum invertatur, & deglutire non poſſit, tumore non exiſtente in collo, lethale.)

Vid. Aph. IV. 35.

59. Corporibus humidas carnes habentibus, famem inducere oportet: fames etiam ſiccat corpora.

*Aph.II.*21. 1 *II. Diæt.XXXVIII.* 1.2.
IV.13.41. *III.Diæt.XVI.*12. 14.
VII. 59.
II. Prædict.VIII. 8.13. *Affect. XXVIII.*2.
*Inſomn.*XV.14.15. *XLI.*7.8.11.12.

60. Ubi in toto corpore mutationes, & corpus perfrigeretur, & rurſus calefiat, aut color alius ex alio permutetur, longitudinem morbi ſignificat.

*Vid. Aph.*IV.40. *Coac.V.*6.78.
*I.Prædict.II.*4. *VI.*85.
IV. 2. *Vict.Acut.XLVI.*4.5.
VII. 12.
X. 2.

61. 1 Sudor multus, calidus aut frigidus, ſemper fluens, 2 humidi redundantiam habere ſignificat. 3 Educere igitur oportet, robuſto quidem, ſupernè: debili verò, infernè.

1 *Aph. IV.* 41.42. 2 *Aph. IV.* 56.

3 *Aph. I.* 21.

62. Febres non intermittentes ſi per tertiam vehementiores fiant, periculoſæ. Quocumque autem modo intermittant, ſignificat, periculi *eſſe* expertes.

Vid. Aph. IV. 43.

63. Quibus febres longæ ſunt, his aut tubercula, aut ad articulos dolores fiunt.

Vid. Aph. IV. 44.

64. Quibus tubercula diutina, aut ad articulos dolores ex febribus fiunt, hi cibis utuntur copioſioribus.

Vid. Aph. IV. 45.

65. Si quis febricitanti cibum det, convaleſcenti quidem, robur: ægrotanti verò, morbus *fit*.

Aph. II. 10. *Vet. Medic. XII.* 11.
VII. 67.

66. Per veſicam prodeuntia inſpicere oportet, an *ſint* qualia ſanis prodeunt. Quæ igitur minimè his ſimilia, ea morboſiora. Sanis vero ſimilia, minimè morboſa.

VI. Epid. VIII. 29.30.

67. Et quibus, 1 egestiones, si stare permiseris, & non moveris, 2 subsident veluti ramenta: & si pauca fuerint, parvus fit morbus: si verò multa, magnus. His confert alvum infernè purgari. 3 Si autem non purgatâ alvo sorbitiones dederis, quantò plures dederis, *eo* magis lædes.

1 *Judicat VIII.10.11.* *Coac.VI.85.*
2 *Prænot.X.8.* *IV.Epid.VI.10.*
3 *Aph.II.10.* *VII.65.*

68. Quæ cruda deorsum secedunt, ab atra sunt bile: si plura, major: si pauciora, minor *est* morbus.

Aph.I.22. *Judicat.VIII.12.*

69. Exscreationes, in febribus non intermittentibus, lividæ, & cruentæ, & biliosæ, & graveolentes, omnes malæ *sunt*. At ritè secedentes, bonæ. *Sic* etiam per alvum, & vesicam, & ubicunque quid secedens restiterit non purgatum, malum.

Vid.Aph.IV.47.

70. Corpora oportet, ubi quis purgare vult, facilè fluentia reddere. 1 Et si quidem velit efficere facilè fluentia sursum, alvum sistere: si verò deorsum, humectare.

Vid. Aph. II.9. *IV.13.*
1 *II. Diæt. XXXVI.18. ad 21.*
a Cels.III.18.pag.154.l.33.

71. Som-

71. Somnus, vig a, utraque modum excedentia, morbus.

Vid. Aph. II. 3.

72. In non intermittentibus febribus, si externa quidem *a* sint frigida, interna vero urantur, & sitim habeant, lethale.

Vid. Aph. IV. 48. *a Cels. II. 6. p. 55. l. 21.*

73. In febre non intermittente, si labium, aut nasus, 1 aut oculus, aut supercilium distorqueatur, si non videat, jam debilis existens: quicquid horum fiat, lethale.

Vid. Aph. IV. 49. *1. Prædict. X. 7.*

1 *Coac. II. 117. 128.*

74. Leucophlegmatiæ hydrops supervenit.

1. Morb. III. 28. *Affection. XX. 13.*
Int. Affection. XXIV. 1. *XXIII. 3.*

75. Ab alvi profluvio, *a* dysenteria.

a Cels. II. 7. p. 64. l. 10.

76. A dysenteria, *a* intestinorum lævitas (supervenit.)

Aph. VI. 43. *Coac. II. 256.*

1. Morb. III. 26. *a Cels. IV. 16. p. 226. l. 14.*

77. A ſphacelo abſceſſus oſſis.

78. A ſanguinis vomitu tabes, & puris
a purgatio ſurſum.

Aph.VII.15.16. *II.Prædict.XIV.1.3.*

I.Morb.X.69. a *Celſ.IV.4.p.203.l.5.*
XIX.4.ad XX.

(A tabe, fluxus ex capite. A fluxu, alvi profluvium. Ab alvi profluvio, inhibitio purgationis ſurſum. Ab inhibitione, mors.)

Vid. Aph.V.12.14. *II.Prædict.XII.3.*

Coac.III.259.

(A ſanguinis ſputo, puris ſputum, & fluxio. Poſtquam autem ſputum inhibetur, moriuntur.)

Vid.Aphor.VII.15.16.

79. Qualia etiam in his quæ per veſicam,
& in his, quæ per alvum *fiunt* egeſtionibus,
1 & in his quæ per carnes, & ſicubi aliâ naturæ *viâ* corpus exeat: ſi parum, parvus morbus fit: ſi multum, magnus: ſi admodum multum, hoc ipſum lethale.

Prænot.II.1.&c. *Aliment VI.1.ad 8.*
XV.10.11. *Innſomn. IV.16.*
1 *Aph.VIII.18.* *VI.Epid. VI.2.*

Multi

Multi L.B. Sectionem Octavam omittunt. Plurimi sex ejus priores adjiciunt Aphorismos. Alii Sectionem totam addunt, ut hic factum vides. Nam quæ spuria tibi videntur, in lectione præteriri facile possunt.

APHORISMI

INTERJECTI.

SECTIO OCTAVA.

I.

QUi 1 supra quadraginta annos phrenitici fiunt, non admodum sanantur. 2 Minus enim periclitantur, quorum naturæ, & ætati, morbus similis fuerit.

1 *Aph. II* 39. 40. *VI.* 6. 2 *Vid. Aph. II.* 34.

2. Quibus, in infirmitatibus oculi ex proposito (i. e. *ob causam*) *a* lachrymantur, bonum. Quibus vero sine causa, malum.

Vid. Aph. IV. 52. *a Cels.* 4. *p.* 51. *l.* 14.

3. Quibus in febribus quartanis existentibus sanguis ex naribus fluxerit, malum.

Judicat. X. 7. *I. Prædict. I.* 2.

Coac. II. 37. 38. *III.* 433. *VI. Epid. II.* 40.

4. Sudores in diebus criticis oborientes, vehementes & veloces, periculosi: 1 & qui expelluntur ex fronte, velut guttæ, & aquæ salientes, & frigidi valdè, ac multi. Necesse enim *est* talem sudorem prodire cum violentia, & laboris excessu, & expressione diuturna.

1 *Judicat.VI.9.* *Coac.III.91.*
Prænot.V.4.8. *IV.38.39.*
1.Prædict.V.7. *Vict. Acut.LIII.8.9.*

5. Ex morbo diuturno alvi defluxus, malum.

6. Quæ medicamenta non sanant, *ea* ferrum sanat. Quæ ferrum non sanat, *ea* ignis sanat. Quæ verò ignis non sanat, *ea* insanabilia existimare oportet.

Arte XIII.12.ad 18.

7. Tabes maximè fiunt ab anno octavo decimo usque ad quintum & tricesimum.

Vid.Aph.V.9.

8. 1 Quæ secundum naturam ad tabem disposita *sunt*, omnia quidem vehementia: quædam vero etiam lethalia. 2 Secundum autem, si quidem in *eo* tempore ægrotet, *cum* tempus ipsum unà cum morbo impugnat, velut cum febre ardente æstas, cum hydrope hyems. Natura enim longè superior est: lieni vero *a* plus affert timoris.

a *1.Morb.*

1 *I.Morb.XX.1.2.3.* *Dieb. Judicator. I. 11.*
2 *Aph.III.3.* *ad 15.*
II.34. *VI.Epid.VIII.45.*
VIII.1. *Affection.VII.3.4.*
a Celſ.II.8.p.70.l.27.

9. Lingua nigra atque cruenta, ſi quid horum ſignorum abeſt, non valdè malum: morbum enim minorem declarat.

10. Hæc igitur in febribus acutis notare oportet, quando *quis* moriturus ſit, & quando evaſurus.

Prænot.II.
III.
IV.

11. Teſtis dexter frigidus & convulſus, lethale.

Prænot.VIII.20. *Coac.III.352.*

12. Ungues nigri, *a* & digiti manuum & pedum frigidi, contracti vel remiſſi, mortem in propinquo *eſſe* oſtendunt.

Prænot.VIII.15. *Coac.III.349.*
XV.9. *a Celſ. II. 6. pag. 55. l. 4.*
II.7.p.66.l.13.

13. Labia livida, aut etiam reſoluta & inverſa, & frigida, lethalia.

Coac.I.97. III.4.

14. Aures frigidæ, pellucidæ, contractæ, lethales ſunt.

Prænot.II.9. *Coac.II.67.108.*

15. Et tenebricosâ vertigine laborans, & *lucem* aversans, & somno ac ardore multo detentus, desperatus.

Prænot.II.18.19. *Coac.II.117.*

16. Et qui in rabiem actus furit intrepidè, & non agnoscit, & neque audit, neque intelligit, *jam* moribundus *est*.

Coac.III.327.

17. Morituris *signa* hæc magis fiunt manifesta, & ventres attolluntur, atque inflantur.

18. Terminus vero mortis *est*, si animæ calor supra umbilicum ad locum septo trãsverso superiorem ascenderit, 1 & omne humidum fuerit combustum. Postquam pulmo & cor humorem amiserint, calore in mortiferis locis coacervato, caloris spiritus confertim exhalat, unde totum cum toto constitit. 2 Rursus partim quidem per carnes, partim vero per spiracula in capite, unde vivere dicimus, relinquens anima corporis tabernaculum, & frigidum, & mortale simulacrum, una cum bile, & sanguine, & pituita, & carne, deditione tradit.

1 *I.Morb.XXX.12.ad* 16.
2 *Vid.Aph.VII.79.*

Aliment.VI.1.ad 8.

LEGES
MEDICINÆ

HIPPOCRATIS APHORISMIS
ADJUNCTÆ.

LEGES MEDICINÆ

DE GENERALI MEDICATIONE.

I.

MEdicinæ ſcopus, ſanitas eſto.

II. Sanitas autem miniſterio curationis reſtituitor.

III. Legitima corporis machina, ſive à fluidorum, ſive ſolidorum, ſive utrorumque vitio turbata, morbus eſto. Ejus reſtitutio curatio dicitur.

IV. Incertam, morbo incognito, medicationem ne decernito.

V. Morbum ſimplicem ſimplici, compoſitum, compoſito remedio profligato.

VI. Cauſſas omnes ſuo quamque ordine prius, quam ipſum affectum ſummoveto.

VII. Leviter affectos naturæ, vivendique legibus committito.

VIII. Morbis expugnandis, virium ratione ſuſceptâ, paria quodammodo remedia opponito.

IX. Extremis morbis extrema remedia diligentiſſimè adhibeto.

X. Evacuaturus, humorum naturam accuratè obſervato.

XI. Ma-

XI. Materiam turgentem ſtatim initio potenti pharmaco exigito: & vehementem affectum remediorum blandimentis ne exaſperato; mediocrem vero lente, paulatimque ſummoveto.

XII. Quæ longo tempore contracta ſunt vitia, ſenſim otioque multo curato.

XIII. Evacuando avarus, reficiendo largus eſto.

XIV. Si ſecretiones quaſdam natura moliatur, manum abſtineto: imperfecte vero agentem accommodatis auxiliis adjuvato.

XV. Ventriculi & ſummorum præcordiorum vitia, vomitione; inteſtinorum, atque meſenterii, dejectione: habitum corporis ſudatione, halituve expurgato.

XVI. Generalia remedia particularibus præmittito.

XVII. Jecur, renes, & veſicam per urinas, lienem, meſenterium, pancreas, & inteſtina per alvum: pulmones, pectuſque per ſputa: ſummas cerebri partes per commiſſuras; anteriores per nares, imas per palatum expurgato.

XVIII. Qualis morborum per ſua tempora mutatio, talis & remediorum eſto.

XIX. In febribus, partiumque morbis initio materiæ ſuperantis portionem evacuato: reliquum naturæ imitatione præparatam deinde extirpato, & per loca convenientia expellito.

XX. Humores in aliquam corporis partem impingentes diſſolutione opus habent: conſiſtentes vero eos, & ad ſtatum progreſſos digerito.

XXI. Congeſtos humores, qui digeri non poſſunt, ſuppurato.

XXII. In ipſa morbi acceſſione, & paroxyſmo, ne vires evacuatione convellito.

XXIII. In principiis febrium tenuem victum, incrementis tenuiorem, ſtatibus tenuiſſimum decernito.

XXIV. In acceſſionibus febrium præſentibus, vel mox futuris cibis, abſtineto: iis inclinantibus cibum miniſtrato.

XXV. Qualis eſt morbi conditio, talis & remedii eſto.

XXVI. Cui adjutrix natura ſuccurrit, felicem eſſe medicationem: ut quæ contra naturæ opem inſtituitur, irritam cenſeto.

XXVII. Medicamenta aut intro ſumenda, aut foris admovenda, quæ vel detergant, diſſolvant, digerant, emolliant, dilatent, vel relaxent, formâ liquidiori miniſtrato: quæ autem denſent, adſtringant, roborent, incraſſent, ſolida ſunto: & quæ mediis actura ſunt viribus, mediam quoque formam ſortiuntor.

De Miſſione Sanguinis.

I.

QUicquid à juſto naturæ modo manifeſtè defecit, ſi aliter emendari non poteſt, protinus expellito.

II. Sanguinis abundantiam, ſanguinis miſſione curato.

III. Sangninis miſſionem decreturus, robur virium, & morbi magnitudinem in primis conſiderato.

IV Va-

IV. Valentes vires integram, consummatamque evacuationem; mediocres imperfectam; prostratæ nullam toleranto.

V. Intemperantes diætâ potius, quam phlebotomiâ curato.

VI. Ventriculi primarumque viarum cruditas, vel impura colluvies, alvi adstrictio, stomachi sensus acutior, & ejusdem imbecillitas phlebotomiam retardanto.

VII. Decrepita ætas à venæ sectione immunis esto.

VIII. Ante annum decimum quartum, & post septuagesimum raro sanguinem mittito.

X. Coctionis signis apparentibus, sanguini parcito.

XI. Temporis constitutione, vel regione calida, vel sicca; calidis, frigidisque, & siccis corporum constitutionibus; habitu extenuato, raro, molli, obœso sanguinis missionem non adhibeto.

XII. In jecoris, lienisve scirrho, in cachexia, in hydrope à venæ sectione abstineto.

XIII. Mittendo sanguine labans fluoris impetus, pallor, oscitationes, panniculationes, oculorum suffusiones, auriumque tinnitus, & pulsus debilitas defectionum auguria sunto.

XIV. A venæ sectione ante unius horæ spatium, neque dormito æger, neque cibum sumito, & omnem tum corporis, tum animi contentionem fugito.

De Purgatione.

I.

OMnem impuritatem, quæ arte nulla emendari possit, maturè exigito.

II. Quæ omnino præter naturam sunt, ea emendare ne tentato.

III. Vitiosos humores, sive morbum præcavere, sive profligare consilium est, citissimè detrahito.

IV. Corpora ante purgationes, fluida facito.

V. Concocta non cruda medicator, vel moveto.

VI. In ancipiti affectu concoctionem, quæ nulla fortasse futura est, ne expectato.

VII. Purgandi occasiones, vel ex erroribus antea in victus ratione commissis, vel ex motus necessitate capessito.

VIII. Naturam judiciale opus aggressam agere sinito.

IX. Perfecto autem, consummatoque ad integritatem judicio, nullis irritamentis eam lacessito.

X. Si lentor, & crassities nimia cum humoribus sint conjunctæ, incidentia, & præparantia ante purgationem præmittito.

XI. Cathartici vires, & quantitatem pro difficultate purgationis definito.

XII. Delicatos contra quàm robustos curato.

XIII. Sobria, puraque corpora ne validis purgationibus sollicitato.

XIV. Incognitam laborantis naturam blan-

blandis pharmacis explorato.

VX. Multa autem cacochymia imbecillis viribus, paulatim, ac partitè expurgator.

XVI. Pueris, ac ſenibus levia cathartica, reliquæ ætati, validiora decernito.

XVII. Primæ regionis vitia vomitione potius, quam purgatione expugnato.

XVIII. Ulceratis inteſtinis bilioſas dejectiones caveto.

XIX. Inflammatis renibus, aut veſica diureticis parcito.

XX Infirmo ventriculo, vomitu abſtineto.

XXI. Dejectiones copiâ ne æſtimato.

XXII. Ad ſiſtendum purgationis opus in quiete, vel ſomno corpus contineto.

DE PARTICULARI MEDICATIONE.

De Febribus acutis.

I.

FEbres, ut plurimum ſpontaneo naturæ motu curari ſinito.

II. Naturæ conatum artis operâ adjuvato.

III. In febribus venam ne ſecato.

IV. Si quando per venæ ſectionem, novo ſanguini motu impreſſo, morboſus in melius dirigatur, imputato fortunæ.

V. Cathartica ſi fortè juvent in febribus, id fieri exiſtimato; vel quia, dum exprimunt ſuccos in vaſis excretoriis glandularum, obſtructiones tollunt: vel quia ſalina vi, qua pol-

pollent, fermenti febrilis ſales contundunt contemperantve.

VI. Ut autem de evacuatione certam ſententiam proferas, ſedem humorum obſtructiones generantium obſervato.

VII. In ventriculo exiſtentes humores, vomitu, in inteſtinis dejectione per commoda loca educito.

VIII. Primum vero morbi progreſſus, anni tempora, cauſſas antecedentes, & corporis conſtitutionem contemplator.

IX. Lingua arida, urinæ croceo colore tinctæ omnem evacuationem tum infernam, tum ſupernam impedire ſcito.

X. Lentis, & craſſis tum incidendis, tum attenuandis humoribus attendito.

XI. Vaſorum excretoriorum obſtructiones expedito: & ſales fermentantes contemperato.

XII. Cutis ſpiracula reſerato.

XIII. Deficientes evacuationes iteratione ſuppleto.

XIV. Naturam per evacuationem quandam perfectè agentem ne laceſſito: imperfectè agentem juvato.

XV. Ægrotum quam maximè fieri poteſt paroxyſmo proximè invaſuro jejunum parato.

De Intermittentibus.

I.

SI neceſſitas purgationis adſit, concoquentia, & digerentia catharticis præmittuntor.

II. Ci-

II. Cibatio à labore acceſſionum longo ſpatio recedito.

III. Initio acceſſionis ſomnus, potuſque vitantor.

IV. Ineuntibus intermittentium paroxyſmis, vomitum provocato.

V. Minus obſequentem humorem arte præparato.

VI. Contumacia humoris longâ præparatione conficitor.

VII. Sudor ſpontaneo motu erumpens ne compeſcitor.

De Peſtilentibus.

I.

COrruptum aërem longe fugito.

II. Non ſolum in peſtilentibus, ſed in quibusvis febribus vitio aëris ortis vomitoria præſertim antimonialia conſulito.

III. Violentas corporis, mentiſque agitationes averſator.

IV. Immoderatam Venerem deteſtator.

V. Animum frequenti gratioris alimenti uſu exhilarato.

VI. Roborandis viribus accuratè incumbito.

VII. Putredinem humorum arcentia medicamenta quotidiano uſu habeto.

VIII. Præ cæteris omnibus peſtem ex communi Practicorum calculo acidis præcaveto.

IX. Certâ, ſecurâque fide alexipharmaca invocato.

De Angina.

I.

VAlenti corpori ſi qua ſanguinis emiſſio ſuppreſſa ſit, venam ſecato.

II. Gargariſmatis utendum.

III. Circa ſtatum, & declinationem reſolventia, maturantiaque uſurpantor.

IV. Victus pro ratione virium prætenuis eſto.

De Pleuritide.

I.

FLuente alvo, aut ſi ſputum apparuerit, ſanguini parcito.

II. Sputo ſuppreſſo cum doloris vehementia venam audacter ſecato.

III. Dolorem calorificis oppugnato.

IV. Catharticis parcito.

V. Narcotica reſpuito.

VI. Ante ſigna coctionis vinum averſator.

VII. Frigida caveto.

VIII. Pro ſputi copia cibus liberaliori manu exhibetor.

De Phlegmone Ventriculi.

I.

VEntriculo, vel inteſtinis phlegmone affectis cathartica non uſurpantor.

II. Vomitus ne provocator.

III. Pars

III. Pars affecta quammaxime fieri potest roborator.

De Capitis dolore.

I.

DOlori capitis à sanguine cum sensu pulsationis phlebotomiâ succurrito.

II. Crudus humor dolorem capitis producens non purgandus.

III. Catharrum, nisi multâ evacuatione prægressâ, ne lavato.

IV. Caputpurgia in forma humida præsertim præparata adhibeto.

V. Narcoticis moderatè utitor.

VI. A cibo ad somnum spatium aliquod intercedito.

De Imbecillitate Ventriculi.

I.

IMbecillum ventriculum facili, modicoque alimento reficito.

II. In stomachi nausea parcè bibito.

III. Ante concoctionem assumti alimenti ad mensam ne accedito.

IV. Naturalis appetitus indicium concoctionis esto.

V. Ciborum varietatem fugito.

VI. Impura corpora modicè nutrito.

De Syncope.

I.

PLethorae conjunctam Syncopen, refocillatis ſpiritibus, venæ ſectione curato.

II. Ab humoribus autem ventriculo contentis ortam vomitu curato.

III. Longiore paroxyſmi proceſſu vino calefacito.

IV. Adverſus eam, quam inanitio, inductâ ſpirituum reſolutione fecerit, vino ſimul, & alimentis contendito.

V. Deficienti ex alvi fluxu, faciem ne frigidâ perfundito.

VI. Ad uteri ſuffocationem grave olentia ori, & naribus admoveto.

De Affectibus lienis.

I.

LIenis humores per alvum detrahito.

II. Lienoſi dulcibus, & lacteis abſtinento.

III. Sanguinis evacuationes per alvum tumores lienis curant.

IV. Scirrhoſis valde reſolventia noxia ſunt.

De Paralyſi.

I.

VOlatilia oleoſa tum internè, tum externè adhibeto.

II. Omnes Paralyticos affectus ſudoribus

per

per appropriata decocta curato.

III. Tenuissimus victus instituitor.

De Catarrho.

I.

PEriodicis catarrhis cephalicæ purgationis usu frequenti subvenito.

II. Principibus incumbentem partibus humorem etiam crudum subitâ evacuatione excludito.

III. Eundem humorem sudore, fame, siti, vigiliisque absumito.

IV. Potum liberaliorem, diurnum somnum, quietis longitudinē inter noxia ducito.

De Dysenteria.

I.

FLuentem alvum, modo constent vires, ante quartam diem ne compescito.

II. Dysenteriam suo tempore aromaticis, alchalicis, anodynis, & acidis curato.

III. Intestinorum ulcera superiorum assumtis, inferiorum autem injectis curato.

IV. Cibis adstringentia præmittito.

V. Tussi ad fluxum dysentericum accedente, acidis, stypticisque parcito.

De Vomitu.

I.

ÆGrè vomentes ciborum copiâ, & multâ quiete humectato.

II. Incoctos humores ne commoveto.

III. Su-

III. Supra modum extenuatos ventres, ſive ſurſum, ſive deorſum parcè turbato.

IV. Criticos vomitus ne coërceto.

V. Pectoris anguſtiæ, & colli cum gracilitate longitudo, cerebri, & oculorum imbecillitas vomitum recuſanto.

De Diabete.

I.

MUlto aquæ potu, atque inde vomitu curato.

II. Sudores moveto.

III. Injectioni frequenti uſu alvum ſollicitato.

IV. Seroſi humoris evacuatione corporis debilitati ſuccurrito.

V. Tenuium partium alimenta, & particulis acribus ſtipata urinas moventia reſpuito.

De Mictu Sanguinis.

I.

SAnguinis mictionem criticam ne temerè ſiſtito.

II. Periodicam ſub acceſſum periodi phlebotomiâ revellito.

III. Adſtringentia, & ſanguinem incraſſantia uſurpantor.

De Sputo Sanguinis.

I.

EXhauſtâ plethorâ inediam, & victum refrigerantem, aëris mutationem, atque

animi

animi tranquillitatem imperato.

II. Vulneraria, & adſtringentia in hæmorrhagia nimia conſulito.

III. Saniem pectori, aut pulmonibus incumbentem feſtinanter educito.

IV. Diuretica & ſanguinem commoventia detrectantor.

V. Tuſſis cohibetor.

De calculis renum, & veſicæ.

I.

PRæcavendo morbo vomitum frequenti uſu celebrato.

II. Eundem morbum matutino calidæ potu jejunus præcaveto.

III. Ante idoneam evacuationem diureticis parcito.

IV. Motum imperato.

De obſtructione jecoris.

I.

ATtenuantia, incidentia, detergentia conſulito.

II. Omnia hepatica talia ſunt dicta, quia urinas movendi vi pollent: unde deobſtruentia, & diuretica imperato.

III. Dulcia reſpuuntor.

IV. Topica niſi vacuo ſtomacho, ne adhibentor.

Dr Hydrope.

I.

OMnem hydropem frequenti vomitione, ac dejectione purgato.

II. Eundem à suppressis mensibus, vel hæmorrhoidibus ortum eorundem provocatione curato.

III. Stomachum roborato.

IV. Diuretica consulitò.

V. Ad sectionem, vel ustionem, aquas non solum paulatim, ac per vices, sed potius guttatim subductas detrahito.

VI. Potu vel omnino, vel quammaximè potest, abstineto.

De colico Dolore.

I.

CRassam, lentamque pituitam attenuatam, incisamque detergito.

II. Acres humores præcipitantibus potius, & oleosis, quam catharticis foras excludito.

III. Clysteres in dolore colico, cum ex oleosis, tum ex carminativis paratos pluries in die præscribito.

IV. Crudo ventriculo nihil moveto: sed calidis decoctionibus præsertim ex camomilla paratis curationem instituito.

V. Discutiendis flatibus attendito.

De Phlegmone.

I.

SI evacuatio aliqua ſanguinis ſit ſuppreſſa, venæ ſectio locum habet; aliter diſſolventia conſulito.

II. Topicorum uſum materiæ concoctio evacuatioque ſemper antecedunto.

III. Repellentia ne admittito.

III. Pus confectum maturè ducitor.

De Eryſipelate.

I.

CAlidis partem foveto.

II. Si maxima adſit ſanguiñis æſtuatio, diureticis potius, quam diaphoreticis eryſipelas curato.

III. Topica, niſi coloris mutatio in parte obſervetur, ne imperato.

De Oedemate.

I.

VAlidiora digerentia ſtatu, quam prioribus temporibus adhibentor.

III. Reſolutione tentatâ, ne in ſcirrhum degeneret, maturè ad ſuppurantia convertito.

III. Intentio doloris, pulſatioque conficiendi puris indicia ſunto.

De Scirrho.

I.

VAlidiora diſcutientia reſpuuntor: cãlidis, humidis emollita durities paulatim & ſine vi diſcutitor.

II. Eadem diſcuti contumax, ſedulo ſuppurator.

De Cancro.

I.

DIureticis particulæ ſanguinis acres expurgantor.

II. Suppreſſi menſes, & hæmorrhoides provocantor.

III. Cibi Euchymi atque humectantes offeruntor.

IV. Calida omnia ſuarum particularum acrimoniâ ſanguinem efferantia caventor.

V. Cancer occultus ulcerari prohibetor.

De Ulceribus.

I.

ULcera omnia præter contuſa exiccantor.

II. Sordida tamen abſterguntor.

III. Oleaginoſa ne admoventor.

IV. Auſtrinæ tempeſtatis injuriæ declinantor.

Finis Legum Medicinalium.

JOH.

JOH. JACOBI WALDSCHMIDT

Monita Medico - practica necessaria per plurimos morbos illustrata.

MONITA MEDICA

DE MORBIS CHRONICIS.

I.

MEdicamenta in affectibus chronicis largiori dosi & copia præscribenda sunt,& usus eorum per tempus aliquod continuetur. Spectant igitur huc pulveres digestivi in magna quantitate præscripti. Pilulæ laxativæ,ut singulis septimanis ad minimum semel vel bis purgent. Destillata quæ per aliquot septimanas continuari possunt. Aquæ aperitivæ.

II. Omnimodo allaborandum est, ut purgationes bene operentur & quidem satis fortiter, & non prius etiam famam apud illos acquirit, nisi largiter eos purget. Ut vero hoc obtineat, digestiva purgantibus miscenda sunt cum gr. IV. vel V. pulv. jalap. vel cum scrup.j. fol. senn. sequenti vero mane *infusum purgans* dari potest, *cui* semper *addatur scrup. j. pulv. jalap.* ex gr. *decocto fol. senn. Mynſ. adde* colatur. *scrup. j. vel* gr. XXV. *pulv. jalap.* Huc quoque spectat *decoct splenet. Mynsicht.* cui addendum *scrup.j.pulv.jalap.* Omnia illa purgantia erunt hic egregia, quæ *B. Michael.* habet in suo Collegio practico *super Jonston.* Dandum tamen aliquid consuetudini & credulitati, & medicamenta in forma pilulari exhibenda aliquando, quia putant

tant illas omnium optime operari. Inter hæc omnia commendatur *Extract. melanagog. Myrſ.* à ſcrup. j. ad drach. ſs. ut & *cephalic. ejuſdem* eadem doſi, addi poteſt *gr.* j. *trochiſc. alhandali*. At ſolent prohiberi in his affectibus purgantia fortiora? Verum quidem eſt, hic in his morbis nullum purgans indicatur, ſed ſolummodo præparantia & aperientia, humores igitur reſerati evacuari debent, quod optime per purgãtia fieri poteſt. Sciendum tamen eſt non ſcammoniata & alia calidiora dari debere, ſed infuſa quæ non ita nocere poſſunt.

III. *Mercurius* convenit hic tam externè, quam internè: internè ſi aſſociatur purgantibus gr. vij. xij. ad xv. quod fiet felici cum ſucceſſu. Externè optimum habebis Empl. ſi recipias *Emplaſt. de ranis cum Mercur.* & imponatur ſiniſtro, vel dextro lateri, ubi obſtructio erit, propter inciſionem addatur *ſal. armon.* & ſic egregium erit ſpleneticum.

IV. Clyſteres ſæpius hic interponendi ſunt, & quo ſimpliciores eo meliores erunt. Ergo *ex jure*, & *facchar.* vel *aq. fontan.* vel *lacte cum melle* erunt optimi.

V. Sanguis in his morbis chronicis parcius & quidem tempore vernali extrahendus.

VI. *Martialia* non ſtatim in principio, neque ubi ſcirrhoſa durities viſcerum deprehenditur, neque in calidioribus naturis, ut & in inveteratis affectibus dari debent. Non in principio quia augent obſtructionem, cum enim non niſi per accidens aperiant, hinc ſemper univerſalia præmitti, digeſtiva, præ-

parantia, vomitoria. Non in ſcirrhoſa duritie, quia materia magis indureſcit.

Omne ferunt punctum *pilulæ ſpadanæ*, & pares non habent, parantur ita, *limat. chalyb. vel Martis ſolvuntur in aq. fort.* & edulcorantur, deinde hæc ſolutio iterum ſolvitur, & edulcoratur, additur *bezoar. mineral. & Mercur. dulcis*, & cum aliquot gr. *ſcammon.* f. pil. Id quod etiam de acidulis obſervandum quæ de *Marte*. Et hoc manet verum, quicquid excitare debet appetitum, debet modicè exhiberi. Cum autem acidulæ abſorbeant acidum vitioſum, cathartica interponenda ſunt, quo quicquid præparatum ſit educatur, & ſic ille felix eſt, qui alvum lubricam ſervare ſcit.

De Aſthmate.

I.

CUratio duplici tempore *inſtituitur in paroxyſmo* ſcilicet & *extra eum*. Medicus ſi vocatur ad aſthmaticum ſuffocatione periclitantem, non poteſt aliquando in veram cauſam quærere, ſecum tamem conſiderare debet, utrum à ſpaſmo vel convulſione, an ex obſtructione humoris pituitoſi, vel à ſanguine reſtagnante. Si ab humore, nihil præſtantius vomitorio, ſive tunc ille ſit in pulmonibus, ſive in ventriculo. Si à ſanguinis reſtagnatione in pulmonibus, exhibere poteſt ſperma ceti à drach. ſs. ad drach. j. Huc quoque convenit emulſio enulata Timæi quæ grati ſaporis; vel *Tinct. aſthmatic. Horſtii* quæ eſt ℞. *flor. roſ. rubr.* p. j. *affund. aqu. veron.* &

f.l.

f. l. a. Tinct. unc. iv. vel vj. *adde aq. asthmat* unc.j. *Elixir. vitæ Matthiol.* drach.ij. Seq. Tinct. asthmatica detur cochl. j. in paroxysmo. Si à spasmo erit, tunc exhibendum *theriac. recens* a drach.ss. ad drach.j. *aq. asthmat. aq. veronicæ temperata*, & cum aliquot guttulis *Tinct. opii.*

II. V. S. non in quovis asthmate admittenda, nisi adfuerit magna plethora tunc concedi potest, si à mensium defectu vel hæmorrhoidum suppressione, tunc quoque administrari potest præcipue in pede.

III. Quoties ad asthmaticam vocamur admiscenda uterina sunt, v. gr. *aq. puleg. meliss. hysteric.* cum *Castor. Bals. embryon.*

IV. Quia mulieres non bene ferunt vomitoria, omitti possunt. In infantibus autem semper necessaria videntur.

V. Si asthma per consensum est ab inflatione ventriculi, abdominis, aliquot gutt. *ol. carvi* dari debent, vel *essent. carminat. Wedel.* & injiciatur Enema carminativum.

VI. In ipso paroxysmo nihil omittendum, quod respirationem reddere possit liberiorem, hinc ventus flabello excitandus, vesicatorium imponendum, fonticuli excitandi.

VII. Cum omnia purgantia solent respirationem reddere difficiliorem & præcordiorum angustiam excitare, hic non indicantur. Quia tamen aliquid dandum consuetudini, & credulitati ægrotantis, præscribatur *manna soluta cum aq. flor. acaciar.* vel *extr. diacartham.* drach.j. solv. *in aq. pectoral.* f. potio. Magis placent vina medicata, vel decocta laxativa.

VIII. In habitu cachectico stomachica & hepatica, vulgo dicta omnem absolvent paginam, unde *pulv. stomachal. Birgman. pulv. cachectic. Quercet. & malvat juniperin.*

IX. Inter medicamenta incidentia & expectorationem promoventia superbit *Balsam. sulph. anis. vel terebinthinat.* quod tamen largius datũ hæmoph. vel phthisin minatur, sufficient ergo 2.l.3.gutt. Huc spectat *Tinct. propriet. Mynſ. ad cochl.* ſs. vel j. Huc pertinet *pulv. anonym.* cum *flor. sulph.* vel *opiata ex melle, radice enulæ pulverisatæ, & flor. sulph.* mel enim est anima pulmonum, & sulph. egregium pectorale. Inter specifica sunt succi nempe *succus chærefol.* ad aliquot cochlear. cum jusculo, *succus millepedum, lumbricor. terrestrium. Brunnerus* efficacem quidem habet potionem pp. ammoniac. sed ingratissimam, magis placet *Joëlis*, quam *Etmüllerus* habet in sua praxi.

X. Dispnœa vel respiratio difficilis in puerperis febri continua correptis semper monstri quid alit, & ferè omnes moriuntur.

XI. Quæritur. quare paroxysmi asthmatici exasperentur noctu? Hoc fit ex alia dispositione corporis, quia pori interdiu sunt aperti, & fermentationes alacriores fiunt, plusque materiæ subtilis tunc inest corpori unde etiam humores alacrius commoventur. Secus vero noctu, ubi pori collapsi.

De

De Singultu.

I.

SIngultus quidem leve quid videtur; aliquando tamen generosa illudit remedia, & multum facessit Medico.

II. Ante omnia accuratè inquirendum est, an febris continua singultum concitet, & an sit sine febri. Si cum febre est, certum est, monstrosi quid latere, & subjectum non esse tam ventriculum, quam diaphragma. Hinc nec vomitoria nec purgantia tunc tuto vix dari possunt, quin potius exhibenda antispasmodica v. gr. *cinnabarinum* aliquod *cum opio*, vel *Tinct. bezoard. cum essent. castor.* Externè *theriaca* satisfaciet. Cataplasma *ex fermento cum theriac. & spir. theriacal. camphorat.* qui vel solus pro inunctione sufficere potest.

III. Si sit sine febre, conveniet vomitorium, quia conjecturamus malum in orificio superiori hærere, vel *pilulæ aloëticæ*. Post vomitorium danda præcipitantia, ex. gr. *ex Ebore C. C. usto. Crystallis præparatis*. Superbibantur frequenter aliquot cochlearia mixturæ stomachalis ex *aq. menth. zedoar. anisat. cinam. cydoniat.* quia quod jam præcipitatum diluitur, & sic commodè per inferiora detrudi & excerni potest.

IV. Fugienda sunt omnia frigida, acida, flatulenta, acria, & consequenter vinum, quod nervis est inimicum. Et pro regula sit, quod vinum in omnibus morbis nervinis spasmodicis, convulsivis non conveniat. Po-

tus ordinarius poteſt eſſe *decoct. hordei cum tantillo cinamom, vel galangæ* paratum.

V. Externè quoque poteſt fieri cataplaſma ex fermento, ſi nil aliud ad manus fit, cum ſpiritu vini *camphorat.* & aromaticis *pipere, macere, nuc. moſcat.* vel *cataplaſ. contra ſingult. Mynſ.* vel etiam herbæ aromaticæ poſſunt coqui in vino, & calidè applicari, ex. gr. *menth. abrotan. abſint. flor. roſar. bacc. juniper. lauri.*

VI. Senibus ſingultus familiaris eſt, & iis conveniunt quæ in Apoplexia commendantur, vel cephalica dicuntur, ex. gr. omnia ambrata, *Elixir. vitæ Matthiol.* antiepileptic. antapoplectica.

De Raucedine.

I.

AEris hic habenda eſt ratio, hinc ſuffimigiis ſæpiſſime alterandus eſt ex. gr. gummi anim. ſuccino.

II. Totum negotium conſiſtet in lymphæ correctione, hinc omnia anticatarrhalia, præſertim quæ ex ligno ſaſſafras parata *ut eſſent ligni ſaſſafr. aq. ligni ſaſſafras*, erunt proficua.

III. Si febris, quæ lymphatica vocatur, comitetur, curari debet inſtar febris catarrhalis, nempe per ſudorifera humorum acrimoniam temperantia, non omiſſis temperatis opiatis. Purgantibus nihil proficies, plus V. S. ſudoriferis & papaverinis efficies.

IV. Vulgaria lambitiva & dulcia expectationi non ſemper ſatisfaciunt, malum quan-

quandoque aſperant præſertim in infantibus, quorum naturæ ſirupi ſunt infe nſi. Si horum loco exhibeantur *pulveres abſorbentes cum pulv.anonyn* miſti, qui in parva doſi vel *cum aq.veron.*vel *card. bened.* dari poſſunt, vix fallent.

V. In adultis in inveterata,vel annoſa conveniunt duo illa remedia à Doct.*Michael.* in Coll. ſuper Jonſton. tradita, & ab *Ettmull.* hic deſcripta.

VI. Fonticuli opem ſpondent non contemnendam.

VII. Hic vino abſtinendum, convenit decoct. liquirit. cum tantillo aniſi vel fœnicul.quæ duo ſemina admodum efficacia ſunt in hoc morbo compeſcendo, raucedo enim eſt degeneratio lymphæ, quæ per hæc optimè reſtituitur,ut & *per ſpir.ſal.armoniaci aniſatum.*

VIII. Oritur etiam aliquando raucedo à defectu ſpirituum, & eſt ſpecies apoplexiæ, ſenibus familiaris eſt. Curatur antapoplecticis & epilepticis.

IX. Purgationes uti in omnibus pectoris morbis noxiæ ſunt,ita & hic negligẽdæ ſunt.

X. V.S.ventilatoria concedi poteſt.

XI. Sudorifera uti in omnibus pectoris affectibus valde conveniunt, etiam & hic in uſum vocanda ſunt ex.gr. *aq.flor.ſambuc.ſuccin. cinnabarin. theriac.* addatur *ſcordium*, his duos parietes dealbare poſſumus.

XII. Cum quidam raucedine affectus omnia incaſſum adhibuerat,tandem curatus eſt *aq. Embdenſibus*, conſtat enim illas magna vi pollere aperiendi, & incidendi.

De Tussi.

I.

IN tussi præsertim pectorali purgantia datam Practicorum fidem non liberant, imo si ex aëris inclementia tussis fuerit contracta plus nocent. Tusses pectorales à purgantibus solent exasperari. *Ettmüller* .p.213. habet. E contra concedi possunt in tussi stomachali, & ubi magna sanguinis cacochymia deprehenditur.

II. In tussi humida & mucosa pectorali opiata vel plane, vel rarius exhibenda, ne humores concentrati inflammationem inducant.

III. In tussi pectorali sicca ex lymphæ acrimonia, sive ut loquuntur ex materia tenui, opiata, & papaverina horis vespertinis exhibita omne ferunt punctum, præsertim si nobilitentur sudoriferis v. gr. *liquor C. C. succin. spir. sal. armon.* admodum enim conducit movere sudores in tussi pectorali.

IV. In tussi pectorali dari possunt vulgaria quædam remedia, quæ sæpe melius juvant, quam pretiosa, v. gr. *decoct. rapar. cum saccbar. cand. succus raphan. cum saccharo cand. Spiritus vini super ficus deflagratus*, mel vel *hydromel*, quod coqui potest cum *scabios. heder. terrestr. veron. pulmon. pulpa. passular. cum flor. Sulph. conserv. rosar.* cum *pulv. radic. enulæ.* Præter hæc in tussi mucosa promptissimè operatur *oxymel squillit.* commixtum spirituosis v.gr. *aq. asthmat. aq. cinamom. bugloss. at. sperma ceti, decoctum pectoral. Augustan.* ol. sac-

 char.

char. famosum illud *balsam.Sulph. anisatum*.

V. In tussi stomachali commendamus *Elixir.propriet.Tinctur.propriet.Tinctur. Sulph. Tinct.Antimon.Tinct.Tart.*

VI. In tussi infantum, quæ ut plurimum stomachalis est, præmisso emetico absorbentia cum *arcan. duplicato* exhibita levamen adferunt.

VIII. In tussi gravidarum multis præcellunt parasangis *pilul. styrac.* superbibantur aliquot cochlear. *balsam.embryon. aq. fœnicul. temperat.*

VIII. Quamvis V.S. à practicis tantopere non commendetur, magnæ tamen solet esse efficaciæ in tussi ferè quacunque.

IX. Commendata fuerunt anodyna in tussi ex lymphæ acrimonia, verum si febris simul sit conjuncta, cautè procedamus cum anodynis. Et recte *Sydenham* p.229. notat anodyna in illa tussi fere nunquam profuisse. In tussi humida commendat *ol. amygd. dulc.* etiam ubi febris adest.

X. Circa usum Spiritus vini super ficus usti notetur, quod in naturis calidioribus, & tussi Epidemica male audiat.

XI. *In tussi* convulsiva infantum *ex dentitione* difficiliori orta omnibus remediis *Syndenham præfert vesicatoria.*

XII. Esus carnium interdicendus ratione dietæ, fugienda remedia spirituosa, nocet vinum, *prodest ptisana pectoralis*.

XIII. Sudores in tussi ferina admodum conducunt. Potentiora sudorifera sæpius augere solent symptomata morborum epidemicorum, hinc omnes illi, quos Medici

magno

magno remediorum apparatu curandos ſuſcipiebant, moriebantur ex tuſſi epidemica apud *Sydenh.* p.230.

XIV. Quær. An clyſteres conducant in tuſſi? Affirmamus, quia temperant acrimoniam. Clyſteres in tuſſi epidemica nunquam injiciendi, (1) ubi vires fractæ. (2) Mulieribus hyſtericis convulſionibus obnoxiis. (3) Hypochondriacis, quia novas turbas excitant in ipſorum ſanguine, qui facile exæſtuat. Vulgus quoque interdum dicit clyſteres nocuiſſe, quia ſi ſanguis imbutus ſit partibus fermentantibus, facile novæ iſtæ peregrinæ inſinuantes & ingredientes ſanguinem partes, calorem augere, & alia ſymptomata accerſere poterunt. Intelligendum autem hoc tantum eſt de fortioribus & acrioribus clyſteribus. Ergo illi ex jure cum melle, vel ſaccharo parati ſemper erunt optimi.

De Catarrho ſuffocativo.

I.

FOnticuli ſe commendant præſervando. Quær. An iterum occludi poſſint. ℞. Eâdem manente ſanguinis, & humorum circulantium diſpoſitione, vix tuto poſſe ſanari; aſt ubi temperamenti fit mutatio, & æger ex termino ætatis tranſit ad alium, v. gr. ex infantia in pueritiam, &c. quidni poterunt citra periculum occludi hæc ulcera.

II. V. S. admodum neceſſaria eſt tum ad pulmones ab onere ſanguinis levandos, tum ut adſtantibus ſatisfiat. Clyſteres primas

vias

vias elutriando ſolantur quoque thorace m per accidens.

III. Cum præſentiſſimum pericul um ſit in mora, detur *ſperma ceti* ſtatim à drach.ſs. ad ſcrup.ij.deinde in uſum trahi poſſunt omnia, quæ in aſthmate humorali, ſive pituitoſo commendavimus.

De Virium languore, & Syncope.

I.

EXulare hic debent remedia fortia, purgantia volo, & diaphoretica.

II. Acida potentiora cum ſanguinem figant, meritò ſuſpecta habentur, niſi quod externè levamen promittant.

De palpitatione Cordis.

I.

PUrgantia fortiora nocent.

II. Clyſteres lenientes admodum conducunt.

III. In ipſo paroxyſmo venam ſecare licet, ſed vide ne excedas in quanto.

IV. *Martialia* extra paroxyſmum cæteris omnibus palmam reddunt dubiam.

V. Crocus & theriaca plus conferunt externè, quam internè. Opium plus internè quam externè.

VI. Qui ſcit curare paſſionem hiſtericam, ſcit etiam curare cordis palpitationem.

De

De Anorexia.

I.

SPir. vin. guttatim ſumtus egregium eſt ſtomachale, præſertim ſi in ventriculo offendat cruditatem pituitoſam, flatuum copiam, quibus vis ejus urens frangi poſſit. Largius autem ſumtus fermentum ſtomachale obruit, & ignea ſua qualitate chylum & ſanguinem accendit.

II. Omnia ſtomachica debent eſſe temperata, ne fortioribus remediis calorem nimium vel augeamus, vel extinguamus, & ne fermentum reddamus acrius, vel debilius: hinc præſtat pauca doſi, & per intervalla remedia ſtomachalia exhibere, quam uno impetu ventriculum remediorum mole obruere. Id quod & de humectantibus probe obſervandum, quia ventriculus vult quidem humectari, ſed non relaxari. Et hoc noſtro tempore id facilius nos præſtare poſſumus, quam veteres, qui carebant eſſentis; Tinct. ol. deſtillatis.

III. In morbis ventriculi non ſolum acidi, vel fermenti, ſed & caloris habenda eſt ratio, acidum quidem diſſolvit, ſed calor promovet.

IV. Præcipitantia prudenti manu ſunt exhibenda, quorum affectus in ſolum retundant ventriculum, unde præcipitantibus ſemper admiſcenda ſunt, quæ ſal acre corrigant, id quod alias (præcipitatum jam) roſione ſua plus moleſtiæ crearet ventriculo, unde laudandus venit *Wedel.* qui utens *pulve-*

re

vere è conchis ſemper *addit* unam, vel alteram *gutt. ol. caryophyllor.*

V. Fugienda itaque ſunt in morbis ventriculi oleoſa, & aquoſa, & fluida in magna copia aſſumta.

VI. Non quivis ventriculus bene fert *Martialia*, quæ tantopere in cruditatibus corrigendis laudantur, quia humorum egreſſum ex ventriculo retardant. Sic vidi quendam gonorrhœa inveterata laborantem ab uſu *Martialium*, & *Saturninorum* ſemper incidiſſe graviſſimam colicam cum inappetentia, & alvi conſtipatione.

VII. In omnibus morbis curandis ſemper attendendum eſt ad ventriculum, nedum aliis partibus prodeſſe volumus, in tranſitu lædamus ventriculum.

IX. Poſt febres curatas ſi non redit appetitus, purgans dandum, videtur enim curatam eſſe præcipitantibus. Curata jam febri, *vina medicata* quoque valde conveniunt, *ex card.bened.centaur.min. abſinth.*

De Siti.

I.

SIticuloſis nocent cathartica & diuretica, nam purgare ſiticuloſum eſt ol. camino affundere.

II. Cum ſitis non tam à calore, quam obſtructione oriatur, ſæpiùs plus juvant ſalina, & alia, quæ cæteroquin calida cenſentur, quam frigida.

III. Ante omnia videndum, ut ſalivatio

pro-

promoveatur, v.gr. detineatur in ore *sal prunel. vel sal. armon.*

IV. Cerevisia tenuis & calida, in qua sal. prunell. solutum in ore detenta magis levat sitim, quam si sit frigida.

V. *Acetum* aqua fontana dilutum in ore sæpius detentum fallit sitim non refrigerando, sed salivam viscidam, & glutinosam incidendo.

VI. Inter remedia omnibus præfero *decoct. tamarind. decoct. citr. decoct. radic. acetos.* vel sequens, quod magis vulgare, ℞. *Sacchar.* unc.iv. coque C. *aq. fontan.* lb.vj. ad lb.iv. injice *flaved. cortic. citr. recent. detract.* Convenit quoque *serum lactis* citratum.

VII. Quær. An acidulæ levent sitim? ℞. Illos sæpius humores coagulando sitim augere, unde nec febricitantibus semper tuto exhibentur

VIII. Omnia lacticinia fallunt sitim, hinc conveniunt *juscula ex lacte & cerevisia.*

IX. *Infantibus egregie conducunt emulsiones.*

X. Illis, qui conqueruntur de intemperie hepatis calida convenit *decoct. santal.*

XI. In ore sumi potest butyrum recens.

De Morbis dentium.

I.

DEntibus nocent frigida, calida, acida, acria, dulcia, lac, caseus.

II. *Armoniacalia* fœtorem dentium corrigunr, sed & ipsos quoque reddunt friabiles.

III. Qui

III. Qui aquam fontanam bibunt, elegantissimos habent dentes ut plurimum, qui vino indulgent, nigros & corruptos.

De Vomitu.

I.

IN morbi principio vomitus facilius feruntur, & Medicum spectatorem volunt, non actorem.

II. Minus tuti sunt, si pro comite habent diarrhœam.

III. Vomitus puerperarum maturè sistendi sunt, cum sæpius illas ex insidiis trucident.

IV. Vomitus horis matutinis ægrum vexantes non statim opiato, vel styptico sunt sistendi, quin potius cura ad cruditatem acidam, & hypochondriacam corrigendam dirigatur.

V. Uti in omnibus evacuationibus nihil præstantius datur, quam somnus, ita & in vomitu cohibendo, sæpius fert omne punctum, solo eo excepto casu, si forte venenum fuerit assumptum.

VI. In gravidarum vomitionibus nec opiata, nec adstringentia conveniunt, cum totum negotium tutius soli naturæ relinquatur.

VII. Si vomitiones oriantur primario à spirituum ataxia, opiatum omnium est tutissimum; sin verò præcedat dolor partis alicujus renum, vel intestinorum cura nequaquam est auspicanda opiatis, sed V. S. enemate leniter evacuante.

VIII. In

VIII. In vomitionibus ab emetico fortiori ex citatis detur cochl.j. Spir.vin. hic enim in momento vomitus compescit.

IX. In febribus malignis detur sudoriferum, quod simul de vi opiata participet, qualia sunt *diascord. theriac. rec. pulv. bezoard.* cum *theriac. cœlest. Tr. bezoard.* cum aliquot gutt. *essent. anod.*

X. In hoc affectu clysteres nunquam excedere debent quantitate sua unc. viij. in adultis, ne præcipitemus ægrum in ileum.

XI. Medicamenta quæ in forma pilularum, vel pulveris, vel boli exhibentur, non tam facile revomuntur, hinc meritò tales formulas ullis præferimus, ex. gr. ℞. *Theriac. recent.* drach. j. *confect. alkermes* scrup. ss. *laud. opiat.* gr. j. fiat bolus. ℞. *Theriac. cœlest.* gr. iij. f. pil. num. ij. pro 1. dosi: vel ℞. *pulv. bezoard.* scrup. ss. *laud. opiat.* gr. ss. Misc. fiat Pulv.

XII. In vomitu cruento ex lienis obstructione oriundo vix dabitur præstantius remedium, quam vasorum sedalium apertio, sive illa ope medicamentorum, sive sanguisugarum applicatione instituatur.

De Cardialgia.

I.

PUto cardialgiam optime dividi posse in humoralem, & flatulentam.

II. In flatulenta clysteres magis sunt proficui, quam emetica, purgantia, & absorbentia.

III. Inter carminativa placet mihi mistura

ſtura ex *ſpir. ſal. dulc.* & *ſpir. aniſi.* ad gtt.xx. xxx.ſumenda.

IV. De medicamentis vi agitatoria præditis idem hic notandum venit, quod moneri ſolet in colica, nempe ab illorum uſu ſæpius anxietas augeatur.

V. In humorali vomitorium cæteris paribus propinari poteſt.

VI. In humorali opiata magis neceſſaria ſunt, quam in flatulenta.

VII. Nunquam præcipitantia ſola ſunt exhibenda, ſed ſemper quid aromatici addendum, v.gr. *lapid. cancr.* cum una, vel altera gutt. *ol. caryophyll. ſpecif. febril. Crollii* cum *ol. caryophyll. carvi*, &c.

VIII. Paroxyſmi febrium intermittentium ſæpius invadunt cum cardialgia, præſertim in mulieribus: id quod ſæpius vidi, omnium tutiſſimum tunc eſt *enema domeſtic.* ex *jure*, & *ſacchar.* ex *lacte*, & *melle*.

IX. In tali caſu die intermiſſionis egregiè cum ſucceſſu *pilul. ex galbano Sylvii*, num. v. vel vij. exhibui.

X. Si ſubſit malignitas, exhibeatur *lap. bezoar.* à gr. v. vj. viij. vel x. vel *pulv. bezoard.* ad gr.xv. c.gr.j. vel altero *theriac. cœleſt.*

De Alvi conſtipatione.

I.

HÆc vel eſt ſolitaria, vel alium morbum comitatur. Si ſit ſolitaria, qualis familiaris eſt ſpleneticis; nephriticis, hyſtericis, arthriticis, literatis, ſcorbuticis, danda ſunt amara, v. gr. *Elixir. febril. Mynſ.*

eſſent.

essent. absinth. simpl. vel *compos.* ad gutt. xx. xxv. dimidiâ horâ ante prandium, vel cœnam in uno, vel altero cochl. vini. Vel salina, v. gr. *crem. tart.* ad drach.j. *tart. vitriolatus* ad drach. ſs. *arcan. duplicat.* ad ſcrup.j. *Tinct.tart.*gutt.xxx.xxxx. Huc referri poteſt *elyſſus antim.* ad gutt. xx. Vel quæ lubricant & emolliũt,ex gr.panis butyro illinitus ante prandium & cœnam ſumtum. *Balneum aq. dulcis*, imponatur ſacculus abdomini ex farina lini. *Poma cum axungia anſeris cocta*, & in prima ſumta. Si ſuperbibatur prunis. Vel quæ fortiorem inſtituunt fermentationem v.gr. vinum largius ſumtum.

II. Si morbum comitetur, tutiſſimum eſt *Electuar. de tamarind. cum fol. ſenn. Tinct. fol. ſenn.* ex gr. ℞. *fol. ſenn.* drach.j. *aq. calid.* unc.ij. *ſal. tart.* gr.vj. ſtent per noctem, mane filtrentur, ſic perit amaritudo, & acquirit colorem rubicundum:D.pro doſi. *Vinum paſſulatum*, vel apozema paſſulatũ cum drach.j. vel altera *folior. ſenn.*paratum.Timæi ita corrigi poteſt. ℞. *Paſſul. minor. paſſul. major.* aa. unc.jſs. *fol.ſenn.*S.S.unc.j.*cinnam.*drac.ij.*crem. tart.*drach.j. contund. in mortar. ut f.qſ. paſta, affunde *vini rhenan.* optimi prius calefacti lb.iv. ſtent per diem in loco tepido in vaſe probe clauſo, colat. expreſſa filtretur per chartam emporeticam, ſervetur in vitro ad uſum. S.vinum paſſulatum. D. hauſtus horis matutinis, vel pomeridianis: *ſerum lactis paſſulatum, vel tamarind.*

III. Enemata familiaria expectationi quidem ſatisfaciunt, niſi frequentius injiciantur, tunc enim aliquam poſt ſe relin-

quunt

quunt ſiccitatem : hinc bis, vel ter in ſeptimana in uſum vocanda.

IV. *Male conſulunt, qui uſum pilul. Francof.* vel *aloëtic.* vel *elixir. propriet. ſuadent*, quia illa pro nunc quidem juvant, ſed in futurum nocent.

V. Falluntur illi, qui vim vi repellere conãtur, atque eum in finem validum quoddam exhibent catharticum, magnas ſæpius turbas in abdomine ciens : hinc non tam ad humorum evacuationem, quam ad conſuetam alvi apertionem promovendam reſpiciendum eſt.

VI. Fieri tamen poterit, ut purgans pro nutu operetur, ſed alvus poſtmodum reddetur ſiccior, quia purgans nihil ex inteſtino colon dicto, ſed ſaltem contenta quædam in tenuibus inteſtinis collecta foras eliminavit.

VII. Si inteſtinum rectum ſcybalis ſit infartum, multum præſtant ol. per clyſteres injecta, v.gr. *ol. rapar. lini, oliv.* &c. ſin fœces ſuperiores fuerint induratæ, ſupernè etiam danda ſunt oleoſa, & pinguia v. gr. *ol. olivar. vel butyr. recens cum cereviſia calida.*

VII. Plantæ pedum, & umbilicus magnam cum inteſtinis colunt amicitiam, hinc aloëtica & colocynthiaca, aliaque his partibus egregio cum ſucceſſu applicantur, v. gr. *plantæ pedum illinuntur axung. lucii piſcis*, in infantibus *butyr. recens* cum *axung. anſeris* & muſcerda imponitur umbilico. Linteum tingitur *Elixir. propriet.* & imponitur umbilico.

IX. Quamvis in omnibus morbis ſalu-

tare

tare ſit, ſi alvus quotidie ſuo reſpondeat officio, plus tamen periculi infert diarrhœa, quam alvi adſtrictio in morbis puerperarum, in variolis, & febribus malignis.

X. Omnia Medicamenta, quæ ad alvum lubricitandam exhibeantur dari debent vel in cœna, vel paulo ante cœnam, quia tunc ut plurimum in ſequenti mane, quod eſt commodiſſimum egerendi tempus, operationem ſuam exerunt, & qui alvum habent ſicciorem nunquam ſe mane ſtudiis applicare debent, vel foras procedere, niſi alvum prius depoſuerint, vult enim ſæpius moveri alvus ſegnior.

De Ileo.

I.

CUm omnia cathartica, ſive ſupernè, ſive infernè exhibeantur, fiant emetica, imprudentiæ argumentum eſt, ſi Medicus purgans exhibeat, ubi crebriores adſunt vomitiones, vel clyſterem injiciat, ubi tanta eſt à podice ad gulam uſque conſtrictio. Quid enim aliud hic præſtabit, quam quod irritationem habeat.

II. Sic errant omnes illi, qui plures clyſteres in una etiam hora Iliacis applicari jubent, cum nil niſi ſanguinem illis obtineant.

III. Præſtet itaque prius ventriculum & inteſtina placare, & deinde evacuare. Pro primo ſcopo obtinendo commendatur *catulus vivus abdomini impoſitus*: Internè autem detur ſæpius *aq. menth.*

IV. Iliaci inſtar puerperarum ſunt tra-

ctandi,

ctandi, hinc frigida inteſtinis inimica ceu ipſa peſtis fugienda. Omnis itaque potus debet eſſe calidus, & victus non niſi tenuis.

V. Antequam globulus deglutiatur præmitti debet hauſtus *Ol. olivar. amygdalar. vel lini*.

VI. Ubi magnus calor, ibi opium minus tutum, quia facilè tunc ſequitur inflammatio, & conſequenter gangræna inteſtinorum.

VII Quia nuſquam tuta fides, hicque affectus tam facilè recidivat, medicamenta ſtomachica plures in dies ſunt continuanda.

De Diarrhœa.

I.

RIſum meretur quod ſæpius Medici in febribus malignis tam anxiè deliberēt, an diarrhœam ſupprimere liceat, cum illa ſit merè ſymptomatica. In morbis infantum matres ſæpius de eo etiam ſunt ſollicitæ, an liceat ſiſtere alvi fluxum, qui tam facile in hac ætate contingit: & inclinant certè ad negativam, quod multum materiæ peccantis ſic excernatur: verum quidni licebit has diarrhœas ſiſtere, ſi modo ſemper poſſent ſiſti; illa enim quæ excernuntur non ſunt cauſa morbi, ſed productum; hinc admodum fœtent, cruda ſunt, non digeſta adeo corrigenda, & ad priſtinum ſtatum reducenda.

II. Sudores ſiſtunt diarrhœas.

III. Diarrhœæ admodum periculoſæ ſunt in morbis pectoris, infeſtæ ſunt puerperis, & infantibus febre maligna correptis.

IV. Sæpius ex mærore oriuntur diarrhœæ

incurabiles ob turbatam ſpirituum animalium craſin, & maximum a ſtatu naturali fermenti ſtomachici & bilis receſſum; accedit febris erratica, donec tandem atrophiâ conſumti intereant.

V. Cave ne curam ſtypticis inchoes: ſic enim introduces contumaces viſcerum, & inteſtinorum obſtructiones, quas ſequitur hydrops.

VI. De V. S. lis movetur, dico quod ſi recrementa fermenteſcibilia ex ſanguine deponantur in inteſtina, & febris accedat, licere venam ſecare.

VII. Carnium eſus nocet alvi fluxu laborantibus.

VIII. Plus præſtabis modicè refrigerantibus v. gr. *aq: hordei aq. C.C. citrat. Tinct roſar.* quam ſtomachicis calidioribus.

IX. Clyſteres in parva quantitate ſunt injiciendi, ſive inteſtina abſtergere, ſivè illa confortare velis, utrique intentioni ſatisfaciet *diaſcord. ad unc. iij.* in clyſtere ſolutum.

De Cholera.

I.

HIc probè attendendum an magna adſit humorum corruptorum ſaburra, & an vires ſatis maneant conſtantes; tunc enim præſtabit agere ſpectatorem, quam actorem.

Omne hic fert punctum *theriac. cœleſt. cum lapid. cancr. bezoar* vel *pulv bezoard.* vel cum *pulv cord. pretioſ.* interponi poteſt *Tinct. roſar.* cum *tantillo aquæ menth. & julep. gemmat.* exaltata.

De Lienteria.

I.

PUrgantia aut planè hic ſunt omittenda, aut benigniora ſaltem eligenda.

II. Stomachica ſimpliciora & paratu faciliora ſæpius plus præſtant, quam compoſita v. gr. *Nux moſchata condita*, *Zingiber conditum. Vitellus ovi cum aceto coctus*, *eſſent. abſinth.* & omnia *ex maſtiche* parata.

De Paſſione cœliaca.

I.

CUM non facilè diſcerni poſſit an ex defectu bilis, an ex obſtructione vaſorum lacteorum malum hoc foveatur, conjungenda ſunt amara cum aperitivis v.gr. *eſſent. abſinth. Martialis* vel cum *Tr. Tart.* vel *Antim.* exaltata. ℞. *Eſſenth. abſinth.* unc. ij. *liq. Martialis ad gutt.* xxx. Optimus liquor *Martialis* fit, quando ſublimentur flor. *Sal. armoniaci* cum *Marte*, quod tunc remanet, ſi reponatur in cellam, abit in liquorem, qui verè eſt liquor *Martialis*.

De Dyſenteria.

I.

IN Dyſenteria nulla agnoſcimus inteſtinorum ulcera ceu cauſam morbi. Spaſmus eſt, qui ſanguinem e vaſis elutriat, vel extorquet; ex hac continua irritatione oritur inflammatio, & tandem gangræna, ſic-

que inteſtina poſt mortem apparent exulcerata, quod phœnomenon non eſt cauſa morbi, ſed productum.

II. Vomitorium locum habere poteſt, ſi dyſenteria fuerit introducta ab aſſumtis, & malum adhuc ſit recentiſſimum. Cautè tamen quæſo procedas, ne irrites crabrones, atque ſatius fortè erit loco hujus exhibere leniter abſtergens & evacuans.

III. De purgantibus ita ſentio: Si non licet purgare in hypercatharſi, non licet purgare in dyſenteria, atque, ubi periculoſa evacuatio, & purgatio. Ut autem in tali diſcrimine eas tutiſſimum, exhibe *Tinct. rhei* c. aliquot gutt. *Tinct. Opii* vel *rheum in ſubſtantia* cum gr. ſemis ad j. *laud. opiat.*

IV. In hoc morbo multum, non multa a Medico ſunt præſcribenda.

V. Quiete, tranſpirationis promotione, & munimento contra frigus præſertim in pedibus magnus hic curatur morbus.

VI. Enemata rarius & parcius injici debent: ſufficit pro affectus hujus conditione dimidia doſis conſuetæ pars; & ſi podex admodum ſit ſenſilis, præſtat illa omittere.

VII. Adſtringentia eam exerunt noxam, quam foris ab illis experimur in inflammatione & eryſipelate.

VIII. Dyſenteria ex contagio ſuborta nunquam eſt ſine febri, ut non malè ſcripſerit *Sydenham* dyſenteriam eſſe febrem ſui generis.

IX. Egregiè prodeſt primis diebus *ſerum lactis*, ſi poſthabitis purgantibus loco clyſteris injiciatur.

De

De Tenesmo.

I.

VIdetur, naturam & superiora intestina sese exonerare in intestinum rectum, quod ob spirituum inopiam & tonum labefactatum, illud quod molestum est, foras eliminare nequit: itaque nil nisi analeptica hic sunt exhibenda, quia crescentibus viribus, desiderium cacandi decrescit: omnia enim illa externa, quæ ano induntur, plus irritant, quod quilibet practicus fatebitur.

De Fluxu Hepatico.

I.

HIc sanguinis indicat dyscrasiam, & curatur medicamentis eam corrigentibus, & acrimoniam temperantibus, qualia sunt *serum lactis tamarindinatum, Tr. Antim. Tr. Tartar. essent. terr. foliat.*

II. Fonticulus in brachio excitatus, hîc magnæ poterit esse efficaciæ.

De Vasorum hæmorrhoidum affectibus.

I.

QUi hæmorrhoidum fluxu laborant rarius sunt purgandi.

II. V.S. hic magis nocet, quia consuetum hunc fluxum, quem natura sæpius plures fert per annos, impedit; & cum per vasa sedalia sanguis fœculentus affluat, contrarium contingit per V.S., per quam sanguis

floridus, & vegetus extrahitur.

III. V S. locum tamen habere potest urgente inflammatione, & consuetæ evacuationis suppressione.

IV. Stomachi digestionis potior hic habenda est ratio.

V. Prosunt omnia anticachectica, *pulv. emebet. Quercet.*

VI. Quamvis horum vasorum apertio in multis magnis morbis ingens promittat levamen, nunquam tamen temerè tentanda, ne novam ægrotanti e longinquo accersamus molestiam.

VII. Vinum omnibus his nocet, qui hoc malo affliguntur, (sive hæmorrhoid. suppressione, sive apertione.)

VIII. Qui novit viscerum tollere obstructiones, is etiam novit curare hæmorrhoides cæcas, pro quibus sæpius externè sufficiens erit remedium saliva hominis jejuni, vel canis.

IX. Loco auri fulminantis, quod in ulcere fistuloso commendatur, substitui potest *cinnabar.* nativa, ut inde cum *ol. amygd. dulc.* vel alio aliquo appropriato fiat unguentum.

De Colica.

I.

SI purgans exhibere velis, eâ detur dosi, ut satis fortis sit ad alvum movendam.

II. Tutius autem dari potest, si nulli vomitus adsint, nulla adsit febris: Et si in forma liquida exhibeatur.

III. Clysteres *Antimoniales* in nullo morbo

bo adeo efficaces ſunt, quam in colica.

IV. Opiati uſum ſemper præcedat Enema.

V. Carminativa optime miſcentur cum opiatis.

VI. Colica habitualis, & Endemica ex vini acido oriunda curatur ſolis ſudoriferis a veſperi anodynis interpoſitis, quod Empiricus Viennenſis decocto ſudorifero egregiè obtinuit.

VII. Colicæ antitodum *eſt Camomilla* ex quacunque etiam orta fuerit cauſa.

VIII. Si a frigore externo, convenit *ſpirit. juniperi*, ſi a cruditate ventriculi & aſſumtis, *aq. mirabilis.*

IX. Omnia frigida inteſtinis ſunt inimica.

De Hernia.

I.

ARcanum in curanda Hernia eſt quies & ligatura.

II. Enemata non ſemper tuto injici poſſunt herniosis.

III. Quamvis multa deprædicentur a grãdiloquis remedia, pauca tamen ſunt quæ famam ſuſtinent.

IV. Placet mihi, ſi locus affectus balſamo fętido inungatur ſuperimpoſito Empl. glutinatorio.

De Febre tertiana intermittente.

I.

FOrtiora purgantia facilè duplicant tertianam.

II. Vomitoria 4. vel 5. horis ante paroxysmum egregiè juvant.

III. Terrestria & testacea non solum febrem duplicant, sed & ad hydropem viam sternunt.

IV. Quamvis juvenes hanc febrem facilè ferant; senibus tamen exitialis esse potest.

V. Tertianarii facile fiunt Hectici.

VI. Non est de nihilo, quod transitus super flumen & frequentatio templi recidivam pariant; quippe aër juxta aquam, & in ædibus lapideis frigidior & crassior transpirationem sistit.

VII. Clysteres ante paroxysmum juvant, in declinatione paroxysmi nocent.

VIII. Largior potio nocet in principio paroxysmi, circa finem prodest.

IX. Opiata nil aliud præstant, nisi quod sanguinem ita disponant, quo minus auscultet fermento febrili certis temporibus fermentanti. Hinc patet quod viscera facilè obstruant.

X. Totum artificium curandi febrem intermittentem in eo consistit, ut febrifugum convenienti tempore exhibeatur, & vim suam integram retineat: hinc momenta temporum sæpius sunt tentanda, deinde cavendum ne misceantur illa, quæ se invicem destruunt, v. gr. C. C. *ust* cum *Spir.* &c.

IX. Pra-

lX. Practici ad unum fere omnes commendant ſudorifera, ſed ego ipſorum effectum ſalutarem eſſe hactenus non obſervavi. Abbreviant paroxyſmum fateor, ſed radicem febris tollere neſciunt.

XII. V. S. febrem non tollit, quod ſi juvet illud fit per accidens, quatenus ſanguinem ita diſponit, ut fortiori fermentationi non auſcultet.

XIII. Cum autem novum fermentum febrile, vel ex reliquiis aſſumtorum, vel ex ſanguinis recrementis in declinatione paroxyſmi in partes ſolidas depoſitis generetur; neceſſe erit, ut nec ante paroxyſmum, nec in ipſo paroxyſmo cibi aſſumantur, ut & medicamenta ſalina aliaque ſanguinis craſin conſervantia in ipſa declinatione exhibeantur, eorundemque uſus continuetur juxta methodum Medici Angli in Gallia cum ſua *China China*. Nimirum ſi laboret quis febre intermittente, tunc die intermiſſionis exhibe lenitivum aliquod, ut veſperi ſpecific. febrile & in acceſſionis die in fine paroxyſmi. Vel die acceſſionis 4. vel 5. horis ante paroxyſmum vomitorium, & in fine paroxyſmi exhibe, quando ſudores profluunt, ſpecific. cum aliquot guttulis eſſent. annod. ſequenti die, qui erit iterum dies intermiſſionis, exhibe ſpecificum mane, & veſperi, & die ſequenti ante paroxyſmum & in fine paroxyſmi, ita continuetur donec ceſſat febris. Quæ facilius vim ſuam largiuntur uti *Spir. Sal. Armon.* dentur 1. hora ante paroxyſmum, reliqua vero ut *Sal. fixa* 2. vel 3. horis melius ante paroxyſmum exhibentur.

XIV. Salia volatilia ſanguinem nimis rarefaciendo ad diabetem & atrophiam diſponunt.

XV. Si nactus ſis febricitantem morigerum, benè ipſi conſules, ſi in declinatione paroxyſmi potum calidum exhibeas, v. gr. vinum calidum, cereviſiam calidam, ſic enim ſudores largius profluent, & omnia frigida tertianariis ſunt infeſta.

XVI. Vulgares julepi inflant abdomen & ventriculum relaxant.

XVII. Tertianariis liquida proſunt, qui bilem acriorem diluunt; quartanariis autem nocent.

XVIII. Pro ſpecifico commendo omnibus *Antihect. Poter. cum ſal. armoniac.* vel *arcan. duplicat.*

XIX. In tertiana pro amuleto ſola ſufficit camphora.

XX. Felix ille erit Medicus, qui aliquot ante paroxyſmum horis, & catharſin leviorem, & ſudationem mediocrem citra turbas excitare poterit. Quod ſi *Antim.* ita ſaltem figatur, ut ter vel quater alvum laxet, poſt ſudores moveat, euporiſton habebis in intermittentibus non ſatis laudandum.

XXI. Omnibus febricitantibus diæta excarnis commendanda.

De Quartana.

I.

PUrgantia rarius ſunt exhibenda, quibus *Mercur. dulc. ſemper addendus*. Hinc emetica purgantibus præferuntur.

II. Quartanariis nocet V.S.

III. Quar-

III. Quartana ut inter initia cautè tractanda, sic multo magis sub finem.

IV. Quartana quæ passim oritur circa æquinoctium autumnale, desinit plerumque inter initia veris.

V. Ex vino tenui in tempore dato febricitanti robur & sudor.

VI. Largior potus facilius nocet quartanariis, quam tertianariis.

VII. Quartanarius sputator facilè curatur.

VIII. Frigus quartanariis infensissimum; hinc præcordia tegumentis probè munienda, & *Spir. vin.* linteis duplicatis sæpius ipso in paroxysino abdomini applicandus.

IX. Vesicatoria facilius juvant in quartana, quam tertiana.

X. Potui ordinario semper amara in nodulo injicienda, qualia sunt *absinth. centaur. min. ruta murar. scordium* vel saltem *essent. absinth. comp. instillanda.*

XI. Si hydrops supervenerit febri, potior habenda erit ratio febris quam hydropis, quia hydragoga febrem reddunt deteriorem. Egregiè hic juvabit *essent. absinth. martialis.*

XII. Externè pro amuleto conveniunt omnia ex araneis comparata.

De Febribus in genere.

I.

POst omnes febres intermittentes *recidivæ metum adimunt amara*. Acida qua acida in omnibus febribus intermittentibus sunt suspecta, solâ exceptâ *Tinct. bezoard.*

II. Omnes febricitantes quamdiu ſputant extra periculum ſunt, tam in continuis, quam intermittentibus. Lingua ſordeſcens ubique ſuſpecta.

De Febribus continuis.

I.

IN ſynocha ſæpius ſola ſufficit V. S. modo maturè adminiſtretur.

II. In omnibus continuis nunquam ab ægro diſcedito, niſi prius linguam inſpexeris.

III. Vomitorium maturè exhibitum omnia ſymptomata toto morbi decurſu apparentia reddit mitiora, qualia ſunt diarthœa, dolor capitis, vigiliæ, delirium, &c.

IV. Purgantia propriè ſic dicta omni morbi tempore nocent.

V. Sudorifera in principio propinata, præſertim ſi fortiora, & validiora fuerint, majores turbas excitant, & phrenitidem accerſunt.

VI. Neque tamen volo, ut in principio ab omnibus alexipharmacis abſtineamus, ſed temperatiora ſaltem eligenda ſtatuo, non tam ad ſudores promovendos, quam acre abſorbendum, & corrigendum.

VII. Dixi alexipharmaca eſſe exhibenda: cum enim febres malignæ in principio ſæpius febres continuas ſimplices mentiantur, ne quid omiſiſſe videamur, utique alexipharmaca temperatiora in omnibus febribus continuis dari debent, ut quando malignitas ſe poſtmodum prodiderit, Medici prudentia laudetur.

VIII. Aci-

VIII. Acida his in febribus magis juvant, quam in intermittentibus.

IX. Alvus clysmate solicitanda scil. frequentius in principio, rarius in statu, vel declinatione.

X. Commendantur quidem opiata, sed velim non nisi summâ urgente necessitate, & viribus non omnino exhaustis exhibeantur.

XI. Mihi placent papaverina *ex papav. errat.* vel *emulsion.* vel *diascord.*

XII. Quamvis chymica aliis sint potentiora, his tamen in febribus vegetabilia tutius sæpe, & utilius exhibentur, v.gr. *Decoct. alterans* ex *rad. acetos. fol. tarax. fumar. violar. flor. viol. ros. vel aq. destillatæ.*

XIII. Apparatus remediorum non sit copiosus: pauca sequentia sufficiunt, v.gr. C.C.s. *igne. Antihectic. Poter. Arcan. duplicat. Sacch. perlat. Antim. diaphor.*

XIV. Sitim fallit serum lactis citratum.

XV. De Febribus continuis omnium optimè scripsit *Sydenham.* Ubi de malignis accuratissimè *Moræus* Italus.

De Hectica.

I.

CUm omnibus hecticis modestè agendum.

II. Hectici non ferunt colliquescentia, destillataque empyreumata per plures septimanas ter, vel quater de die ad 4. cochl. assumta valde prosunt hecticis.

III. Lac hecticorum est remedium, si solum,

lum, & per intervalla ſumatur; plus tamen præſtat in febri ſine ulcere.

IV. *Tinct.* illa *antiphthiſica* plus præſtat in atrophia ex cruditate ventriculi, quam in vera hectica cum ulcere pulmonum.

V. Quærelæ de calore nocturno nunquam oſcitanter, vel ſuperficialiter a Medico excipiendæ, merentur enim, & attentionem, & tempeſtiva remedia.

De Febribus malignis.

I.

SI quod movendum vides move, idque aut nunc, aut nunquam; fit hoc tutius per emeticum, ſi æger conqueratur de anxietate præcordiorum.

II. V. S. vel prodeſt, vel nocet, ita ut difficile ſit hic certi quid determinare; tutius tamen eſſe puto venam ſecare, modo non peccetur in quanto, idque primo, vel ſecundo die.

III. Medicus nunquam ab ægro recedat, niſi prius inſpexerit oculos, quorum inſolita mutatio infauſtum prædicit morbi eventum, & dum pulſum explorat ſemper attendere debet, an manus ægrotantis ſit tremula.

IV. Epilepſia facilè coincidit, hinc ſemper miſcenda ſunt ſpecifica alexipharmacis, v. gr. *Caſtoreum* ad pauca grana, *cinnab. liquor. C.C. ſuccin. C.C. ſolar. ſal. vol. C.C. viperar.*

V. Septimo die ſudores movere bonum.

VI. Primum Enema in morbi principio poteſt eſſe paulo fortius, ſed in morbi progreſ-

greſſu omnia debent eſſe mitiora.

VII. Victus ſit tenuis, conveniunt panatellæ, brodia inſtaurantia cum pomis citri parata, cremor hordei, emulſiones.

VIII. Diarrhœa nunquam eſt ſalutaris; ſtatim itaque exhibenda ſunt alexipharmaca, inteſtina ſimul corroborantia, v. gr. *diaſcord. C.C. uſt. terr. ſigillat. pulv. bezoard.*

IX. Præſente diarrhœa, nunquam V. S. tentanda, multo minus præſente vomitu.

X. Modicum vini concedito præſertim febri petechiali, & peſte correptis.

XI. Inflammatio viſceris, vel partis alicujus ſuperveniens morbum fere ſemper facit lethalem: quapropter in prognoſticando eſtote oculati, & cum inflammatio plus valeat in indicando, quam cauſa morbi prohibendo, cogimur venam adhuc ſecare, quocunque etiam id fuerit morbi tempore, ſaltem ne videamur quid intermiſiſſe.

XII. *Spir. Vitriol.* egregiè alias convenit, ſed præſente dyſenteria, & catarrho omitti debet.

XIII. Ubi intenſus calor, ibi exulare jubeto theriacalia, aliaque calidiora.

XIV. Practici tantopere commendant opiata, ſed credas non obtinere, illud quod promittunt.

XV. Veſicatoria quo plura, eo efficaciora, videlicet in carpis manuum, & in ſuris.

XVI. Apparentibus petechiis nihil amplius in primis viis moveri debet, ut hinc, vel ipſa enemata eo tempore ſint ſuſpecta.

De Variolis.

I.

IN variolis vel nihil dandum, vel parum.

II. In principio nocent, ceu ipsum venenum, omnia, quæ sanguinem magis exagitant: nempe calor Musæi, vel lecti, ira, vinum, omnia expellentia, ut satius sit nihil tunc exhibere, nisi gravissimum id jubeat symptoma.

III. Ordinarie post 4. vel 5. diem potui ordinario largius instillari debet. *Tinct. rosar.* vel *bellidis*, vel *violar.* hæ enim sunt verum variolarum antidotum.

IV. Plures moriuntur ob variolarum copiam; pauci ob earundem inopiam, ex quo solo abusus expellentium innotescit.

V. Maturè prospice oculis, & faucibus.

VI. Si eruptionem variolarum juvare velis, contentus esto remediis vulgaribus, mulierculis etiam non ignotis, v. g. *sem. aquileg. aq. fumar. aq. expulf. lap. bezoar.*

VII. Post diem 8. vel 9. tractato ægrum, quasi nova febri jam correptum; ab eo enim tempore, ad diem 13. vel 14. usque in maximo adhuc versatur vitæ periculo, imo sæpius, quam in morbi principio, præsertim si fuerit adultus, itaque frequenter exhibenda sunt illa, quæ sanguinis compagem sartam tectamque servare possunt, v. gr. *Spir. Vitrioli* parum refractus, aq. C. C. citrat. *tantillum succi citri in potu ordinario, julep. refrigerant.* tantum enim abest, ut majorem

æstum

æſtum excitare debeamus, ut potius novum iſtum calorem febrilem compeſcere ſtudeamus.

VIII. V. S. merito ſuſpendimus.

De Atrophia.

I.

IN membrorum aridura leniores frictiones ſæpius inſtitutæ plus quandoque præſtant, quam medicamenta.

II. Cave, ne vel poros infarcientibus influxum, & circulationem ſucci nutritii plus ſufflamines, vel ſpirituoſis volatilioribus partes tenues auferendo obſtructiones augeas.

III. Temperanda itaque ſunt ſpirituoſa oleoſis, & pinguibus, v.gr. *Spir. convulſ.* cum *oleo vulpino.*

De Phthiſi.

I.

HIc morbus fere ſemper in principio eſt ex ſtomacho (niſi fiat ex hæmoptyſi) hinc ſtomachica egregiè juvant, v. gr. *Tinct. antiph. pulv. ſtomach. cum ſal. armoniac. liq. terr. foliat. Tinct. aperitiv. Mœbii.*

II. Purgantia quovis modo mutanda unà cum V. S. hæc tamen locum habebit inter præſervantia.

III. Sanguis in pulmone ubi deliteſcens, inevitabiles vitæ ſtruit inſidias.

IV. Nulli pectoris morbi flocci æſtimandi, quia multis ne opinantibus quidem fiunt exitio.

V. Aci-

V. Acidulæ non nisi præservationis causâ adhibendæ, sed vide ne largius, & frequentius sumantur, nam omnia Vitriolata pectori sunt inimica.

VI. Nimius quoque saccharatorum usus nocet, hinc magis placent destillata absque sirupis, & saccharo.

VII. *Balsam. Sulph. anisat.* non solum non juvat, sed quandoque facit phthisin.

VIII. *Decocta lignorum* non nisi in principio conveniunt: in progressu tutius datur *decoctum Chinæ cum herbis vulnerariis*, quale prostat in praxi *Ettmulleri*.

IX. Fonticuli egregiam in principio morbi conferunt operam; in progressu exsiccando nocent.

X. Vinum penitus exulare jubeto cum *Mercur.* & ira.

XI. Opiata non nisi in principio conveniunt.

XII. Phthisici vitare debent aërem austrinum, vespertinum, nocturnum, loca subterranea, templa, transitus fluminis.

XIII. Lac qualecunque fuerit non tam exulcerationis pulmonum, quam sanguinis acrimoniæ præsentissimum est remedium.

XIV. Quo mitius hic morbus tractatur, eo diutius vis lethifera longas in moras protrahi potest: hinc multi solis vegetabilibus vulnerariis thoracicis contenti, plures in annos vitam protrahunt, dum alii pharmacopoleorum pyxides evacuantes citò moriuntur, placent mihi pauca hæc: *rob. passul. conserv. rosar. veron. pilosell. beder. terrestr. scabios. antihect. Poter. pul. anonym. lapid. Cancr.*

XV. Suf-

XV. Suffumigia, si unquam, profectò hic quam maximè necessaria, & proficua sunt, qualia sunt, quæ ex *gumm. anim. juniper. heder. succin. oliban. mastich. tacamahace, storace parantur.*

De Cachexia.

I.

CAchectici quo lenius purgantibus tractantur, eo citius curantur.

II. In Cachexia rarius, in hydrope confirmato sæpius purgandum.

III. Primæ digestionis hic potior habenda ratio, absolvunt hoc negotium omnia *ex mentha, absinth. juniper. Tart. & Mart.*

De Hydrope.

I.

AUt fortiter purgandum, aut non purgandum, lenientium enim usum semper insequitur major pedum intumescentia.

II. Hydropici naturam in ferendis catharticis ritè explorare, potior curationis pars est.

II. Si una purgatio pro voto succedat, brevi instituantur plures, alias inducias concedendo, morbo nunquam pacem sperare licebit.

IV. Quo major adest copia aquæ eo fortior poterit esse purgatio. *Infusum croci metallorum*, hic multum præstabit, vel *sirup. de spina cervina*, vel *decoct. cortic. interior. sambuc.*

V. Verum si hydrops sequatur phthisin,

aut

aut labem alîus viſceris, aut perverſam luis venereæ curam, aut cancroſam ſanguinis diatheſin, omnia nocent cathartica, & tali in caſu juvant diuretica, præſertim in ſexu fœminino, qui purgantia ratione uteri non bene fert, & quod caput rei eſt, iter ſuſceptum, & aëris mutatio.

VI. Omnes formulas antihydropicas ingredi debet *abſinth.* ad quamcunque etiam intentionem obtinendam præſcribantur.

VII. Quamvis vinum in plurimis noceat, morbis hydropicis tamen ſalutare eſt, quia fermentum vitale reſtaurat, & ſanguini robur addit.

VIII. *Spir. Vin.* ſemper nocet hydropicis.

IX. Pro potu ordinario proſunt *vinum, abſinthites*, *cereviſia abſinthites*, vel alliata, vel *enulata*, *cum radic. raphan. ſylveſtr. cochlear. ſalviar. ſalvia*, *ruta muraria*, *agrimon.* &c.

X. Omnia frigida, & aquoſa nocent, v. gr. Aqua. fontan. julep. cereviſia tenuis, decoctum hordei.

XI. Omnia externa pro fuco ſunt, ſolo excepto *ſpir. juniper. vel Spirit. Vin. Tartariſato.*

XII. V.S. ceu peſtis fugienda, ſcarificationem profuiſſe novimus, ſed credimus non fuiſſe veram aſcitem, ſed anaſarcam.

XIII. Hoc in morbo fortuna quandoque juvat audacem, timidumque deſerit, utrinque anceps dubiæ aleæ eventus.

XIV. Uti in Phthiſi quandoque plus præſtant remedia vulgaria, ita hoc quoque in morbo ſæpius *abſinthinea*, *ſambucina*, *ebulina*, *juniperina* omnibus cæteris palmam præripiunt.

XV. Pul-

XV. Pulvis bufonum miſceri debet cum *rad. laxativ.* aſcendendo ſingulis diebus ad ſcrup.j. uſque ex gr. *pulv. bufonum* gr. vj. *cum ſcrup.j. jalap. dediſti*, altero die *ſcrup. ſs. pulv. bufon. c. ſcrup. j. jalap.* dari pt. &c.

De Ictero.

I.

OMnes calculoſi facile fiunt Icterici, & vice verſa.

II. Icterus ſine febri faciliùs curatur, quam ſi ſit cum febre, & corporis atrophia.

III. Vomitorium hic admodum neceſſarium eſt ad fermentum elutriandum, quo præmiſſo, detur ter de die *aq. contra Icterum Timæi* ad 4. cochl. ſingulis doſibus addendo gt. 24. *Tr. Mart.*

De Eryſipelate.

I.

V. S. in quavis inflammatione eſt adminiſtranda.

II. Purgantia in vigore inflammatorio ſemper nocent.

III. Fuge omnia frigida, iram, & terrorem.

IV. Externa ſint mitiora v.gr. *rob. ſambuc.* (theriac. ruſticorum) *aq. flor. ſambuc.* cum tantillo *Sp. Vin. theriacal. vel camphorato.*

V. *Pulvis eryſipelatoſ. Myns. farina. liquirit.* cum ſtuppa cannabina præſertim in eryſipelate mammarum egregie juvat.

De Angina.

I.

NUnquam omittenda V. S. ſub lingua, & ſi maturè fueris vocatus in brachio, vel habitâ ratione circumſtantiarum in pede.

II. Angina ſedulo diſtinguenda a tonſillarum tumore, & inflammatione; illa curatur bezoardicis, hæc anticatarrhalibus.

III. Semel anginoſus, facilè eodem ſæpius corripitur morbo.

IV. Frigida ſunt anginoſis inimiciſſima.

V. Eodem carbone notentur purgantia.

VI. Quies partium inflammatarum admodum neceſſaria; hinc æger parum loquatur, nec gargariſando fauces irritet, præſtat gargariſmum ſæpius in ore detinere.

VII. Inter prophylactica vix datur præſtantius remedium, quam fonticulus in brachio excitatus.

VIII. Blandiora diaphoretica in curatione omne ferunt punctum.

De pleuritide, & peripneumonia.

I.

SAnguis V. S. extractus, ſi ſtatim abeat in coagulum, indicat V. S. aliquoties repetendam eſſe.

II. Sanguis, etſi ſæpius mittatur, ſemper tamen in parva quantitate erit extrahendus.

III. In pleuritide maligna tutius eſt V. S. omit-

omittere, quamvis cogamur aliquid dare consuetudini.

IV. Purgare pleuriticum est eum maximo exponere vitæ periculo.

V. Potus frigidus multos enecat, quos morbus vincere non potuisset.

VI. Omnia dysenterica sunt etiam antipleuritica.

VII. Sudorifera mitiora omnem absolvunt paginam, ita ut, vel solum *Antim. diaphor.* pro curatione sufficere possit.

XIII. Opiatis seu infidis remediis hic non admodum fido.

IX. De Paracentesi inter quartam, & quintam costam multa dicuntur, sed quis anceps hoc adhibebit remedium?

X. Qui novit unius visceris, vel partis solidæ inflammationem curare, novit omnes inflammationes curare.

De Ophthalmia.

I.

REmedia Chirurgica agunt hic efficaciter, V.S. scarificatio, vesicatoria, fonticuli, setacea, hirudinum applicatio ad vasa temporalia.

II. Purgantia, si unquam profecto, hic sunt necessaria.

III. Aër frigidus oculis infensissimus.

IV. *Alumen Vitriol. album*, & *tutia* sunt anima oculi.

De Hæmorrhagia.

I.

STercus ſuillum utcunque ſordidum ſit medicamentum, præſentiſſimum tamen fert auxilium externè, & internè.

II. Purgantia rarius hic prodeſſe ſolent.

III. Omnia ex Vitriolo præparata, & internè fidelem ſpondent opem.

IV. V.S. nunquam negligenda, ſatius tamen eſt ſanguinem in parva quantitate extrahere.

De Empyemate.

I.

CUm ſanguis ſemel extravaſatus ſtatim putredinem concipiat, videndum, ut ſive id factum fuerit a caſu ab alto, a percuſſione, vel contuſione, ſanguis mature diſcutiatur; id quod egregiè præſtant diuretica, & ſi vires ferant, blandiora ſudorifera, qualia ſunt *lapid.Cancr. ſang.hirci* cum *acet. flor.ſambuc. Aq. chærefol. ſperm.ceti.*

II. Verum in principio nunquam omitti debet V. S.

III. Quod ſi pus jam factum ſit, conveniunt decocta pectoralia vulneraria, inter quæ eminet *ſcabioſa*, & *heder.terreſtr.*

IV. Si febris adſit detur *antihect. Poter* plures per dies.

V. *Antim. diaphor.* eſt empyicorum ſolatium, ſed *adſcrup. j. cum flor. Sulph.* dari debet.

Vl. Pa-

VI. Paracentesis aut statim, aut nunquam instituenda.

De sputo sanguinis, sive hæmoptysi.

I.

QUemadmodum V. S. hic semper necessaria est, ita purgantium usus nunquam sine periculo.

II. Electuarium, cujus meminit *Boyle in Philos. experiment.* ex *conserv. rosar. & sem. hyosciam.* præsentissimum est remedium.

III. Verum cum solum adstringat, interponenda sunt medicamenta sanguinis grumos dissolventia, v. gr. *lapid. cancr.*

IV. Vinum exulare debet.

V. Æger parum vel nihil loquatur.

VI. Fumus nicotianæ hæmoptysicis est infensissimus.

VII. Cum hic affectus facilè abeat in phthisin, suadenda sunt omnia, quæ exulcerationem impedire possunt, qualia sunt vulneraria paululum adstringentia, v. gr. *plantag. portulac. heder. terrestr. pyrola.*

VIII. Somnus longior omnibus prodest hæmoptysicis, & phthisicis.

De Ischuria renali.

I.

MAlum hoc sæpius radicaliter est ex ventriculo: hinc juvant illa quæ suos effectus in primis viis exerere solent, v. gr. *lapid. Cancrorum Tartar. Vitriol. Sal. Armon. acidulæ sal. vol. succin.*

II. V. S. quandoque valdè necessaria est præsertim ubi vasorum distentio: institui autem potest vel in pede, vel in brachio.

III. Diuretica semper sint mitiora.

IV. Clysteres renibus, & viis urinariis egregiè opitulantur, componi debent ex *decoct. carminat.* cum *terebinth. stercore equino sal tart.* vel *liquor. C.C succinato.*

V. Cum vinum generosum soleat esse diureticum, & simul stomachicum, subindè propinari potest unum, vel alterum cochl. in quo prius infusum fuerit *stercus equinum* vel ovillum, *si cum vino exprimatur*, est egregium.

VI. Balnea hìc quoque suam spondent opem.

VII. In morbi progressu omnibus remediis admisceri debet *cinnabaris*, *& succinata*, quo nervinum genus corroberetur, & epilepsia avertatur.

VIII. In acutè febricitantibus, & infantibus epilepticis, vel variolis, Medicus semper quærere debet, an urina ritè profluat, cum in his morbis maximo cum ægrotantis periculo supprimi soleat.

IX. Sedulò Medicus attentus sit in causam, num oriatur ex sanguinis grumo, an pure, viscido muco, contractione &c.

De Calculo Renum.

I.

SEmper eo annitendum, ut alvus sit lubrica, tum in paroxysmo, tum extra paroxysmum.

II. Hinc

II. Hinc omnia laxativa, quæ hypochondriacos juvant, juvant etiam nephriticos.

III. Omnia amara conducunt nephriticis.

IV. Fortiora diuretica in paroxysmo dolores augent, sanguinem accendunt, ventriculo nocent; extra paroxysmum renes infarciunt, & calculi generationem promovent.

V. Vitanda quoque sunt diuretica, si renum adsit exulceratio; cui curandæ egregiè conducunt terebinthinata.

VI. Opiata cum lubricitantibus vulgo dictis, vel potius acrimoniam urinæ demulcentibus v.gr. *cl.amygd.dulc.emulsiones, decoct. Foreſt.* & clysteres omne ferunt in paroxysmo punctum.

VII. Omnia *carminativa* prosunt nephriticis, præsertim *ex camomillæ* parata: hinc quæ prosunt colicis, prosunt etiam nephriticis.

VIII. Ventriculi semper habenda est ratio: quia calculi semper ferè radicaliter ex ventriculo.

IX. *Usus herbæ Theæ* quotidianus egregiè præservat a calculo.

X. Præservationis gratiâ exhibendum est vomitorium tempore vernali, vel etiam autumnali.

XI. Si in calculo vesicæ paracentesin instituere velis, sequere methodũ famosi istius lithotomi Galli, qui sine ullo aliquo apparatu, & remediorum usu sectionem instituit cultello falcato ad latus perinæi sequẽs situm fibrarum, & exiguum saltem vulnus

infligens, si prius æger aliquoties obambulaverit, quem insidere jubet in sinu famuli absque ulla ligatura: post indit duos digitos in podicem, & calculum sinè ulla vi sensim protrudit ex vesica in collum, quo facto paracentesin instituit, & ægrum spatio 7. dierum priflinæ reddit valetudini, exemto calculo collum vesicæ retrudit, & sic impedit effluxum urinæ per vulnus. Meminit hujus Lithotomi apud *Ronheusen lib. 2.obs.1.p.8.& 9.*

De Mictu curento.

I.

QUies item *decoct. Mynf. contra mictionem* malum hoc facilè tollere possunt.

II. Vide ut alvus semper sit lubrica, sed cave ab aloëticorum usu.

III. Purgantia hìc nocent.

IV. Fonticulus in brachio multum prodesse potest.

De Dysuria, & Stranguria.

I.

COnveniunt omnia ex camomilla.

II. Ventriculi habenda est ratio.

III. Prosunt carminativa, quia acidum corrigunt.

IV. Diuretica plus nocent.

De Catarrhis.

I.

DEcantata in his morbis ſunt remedia, fonticuli, veſicatoria, V. S. ſudorifera, & ſuffumigia.

II. Inter opiata meritò laudantur *pilul. de ſtyrac. pilul. de cynogloſſ.* Favent *theriac. recens, theriac. cœleſt.*

III. Præſervationis gratiâ ſemper lunâ decreſcente corpus blandè purgandum.

IV. Abſtinentia a cœna catarrhoſis commendanda.

V. Inter ſpecifica laudem merentur omnia ex ligno ſaſſafras, v. gr. *Eſſent. lign. ſaſſafr.* cum Spirit. Vin. *Tartariſato, aq. lign. ſaſſafras*, cum vino parata, quod etiam eſt egregium ſtomachale.

De Hydrocephalo.

I.

IN infantibus recens natis quandoque tumor in capite deprehenditur, qui non eſt a ſero, ſed a ſanguine extravaſato ob partus difficultatem, & vel vulnerariis diſcutientibus in ſacculo cum vino, addito tantillo Spiritus vini, coctis curatur, vel ſectione: hinc vide ne talem infantem habeas pro hydrocephalo.

II *Radix laxativ.* à gr. *ſemis* ad i. ii. vel plura, etiam in infantibus exhibita valde efficax eſt.

III. Externè convenit fotus in forma

ſicca *ex pulv. ſabin. & ſemin. cumin.*

De Vigiliis.

I.

PEdiluvia ex lactuca, verbena, capitibus *papav. albi* alterata, hìc multum præſtant.

II. Tantum abeſt, ut opiata ſemper ſomnum inducant, ut quandoque noctes reddant magis inquietas.

III. Opiata ſemper horis veſpertinis, nunquam matutinis ſunt exhibenda.

IV. Theriaca recens largius ſumta ante decubitum in naturis frigidioribus rarius fallit.

V. Plus ſpei pollicetur *theriac. cœleſt.* veſperi ad gr. iv. vel vi. data, ſi ægri conditio ferat.

VI. *Succolata* veſperi cum vino malvatico, vel lacte ſumta ſenſibus ſomnum conciliat.

VII. In ſubjectis calidioribus proſunt *emulſiones*.

VIII. Puerperæ ſæpius vigiliis torquentur, tutiſſimum omnium remedium eſt, ſi tempora medullâ cruris vitulini; plantæ pedum autem ſævo hircino illinantur.

IX. *Vinum abſynthites cum verbena* paratum eſt egregium ſomniferum.

De Vertigine.

I.

OMnia epileptica hìc conducunt.

II. Vix datur præſtantius remedium, quam

quam *emeticum*, modo uterus id ferat.

III. V.S. in manu instituta multis profuit vinosis vertigine laborantibus.

IV. Semper ejusmodi remedia eligenda sunt, quæ respiciunt primas vias.

V. *Tinct. succini* parcius sed sæpius data cum *Sirup. flor. pæn.* meritò inter specifica refertur.

De Epilepsia.

I.

HIc varia generosa tentanda sunt remedia (1) V. S. variis in partibus instituenda, (2) Hirudines vasis sedalibus adhibendæ. (3) Vomitoria sæpius exhibenda, (4) excitetur fonticulus in brachio, & setaceum in nucha, (5) Cauterium actuale applicetur vertici capitis, ulcus autem diu apertum servandum.

II. Omnibus purgantibus *Mercur. dulcis largius addendus* nempe ad gr. xv. vel *Scrupul.* i.

III. Cura sudorifera per *decoctum lignorum* instituta nunquam non salutaris esse potest.

IV. Innumera commendantur specifica, sed pauca famam sustinent: mihi placent *cinnabarina*, *cinis talpæ*, *pulv. ex secund. spir. sang. hum. opiatæ*.

V. Fœminæ facilius fiunt epilepticæ, quam viri, sed minori cum periculo, quia etiam facilius curantur.

VI. In infantibus lactantibus malum hoc ferè semper ex primis viis: hinc *acidum absorbentia*, & *clysteres carminativi* optimè conducunt.

De Apoplexia.

I.

STatim fortius vomitorium infundendũ, v.gr. *Sirup.emetic.*ad unc.vi.*vel tart.emet.* ad gr.vi.

II. V. S. omissa Medicum apud vulgus reddit negligentem, adhibita exosum, si æger post V.S. moriatur.

III. Clyster acrior qualis est *antimonialis* ocius injiciendus.

IV. Cauterium actuale vertici capitis, & nuchæ adhibendum.

V. Plantæ pedum urticâ urente acrius fricandæ sunt.

VI. Regioni ventriculi *Spir.Vin.* optimè dephlegmatus linteis duplicatis imponendus.

VII. Post paroxysmum scarificatio instituenda, setaceum applicandum, fonticulus excitandus, sputatio promovenda, purgandum, sudandum, & cerebrum cum ventriculo roborandum.

VIII. Senibus egregiè prodest succolata, & ambra.

De Paralysi.

I.

V. S. Paralyticis rarius prodesse solet.

II. Purgantia fortiori stimulo sunt exaltanda, & omnia debent esse *Mercurialia* h e. de *Mercurio* dulci participare, nisi salia corrosiva in corpore prædominium obtineant,

tineant, quod in paralysi scorbutica, & colicam excipiente fieri solet; sic enim *Merc. dulcis* abit in sublimatum vel præcipitatum.

III. Thermæ omnibus externis præferendæ, sivè sint naturales, sivè artificiales *ex calce viva*, *Sulph.* & *acervo formicarum* paratæ.

IV. Harum usum præcedere debent universalia, qualia sunt purgantia, præparantia, & aperitiva.

V. Inter specifica laudem meretur *vinum salviatum*, parcius tamen sumtum, & *Tinct. succini cum castoreo*.

De Dolore.

I.

UBi dolor, ibi facile inflammatio, & suppuratio fieri potest.

II. Circa externum usum cautus sis, & prudens: tutissimum est *Empl. nostrum anod.* addito *diascordio*, *vel theriac.* hoc enim *emplastr.* malum ex quacunque etiam ortum fuerit causa, nunquam reddit deterius.

De Odontalgia.

I.

PRodest V. S. in manu, vel etiam sub lingua.

II. Alvus sit lubrica, & quandoque hydragogum exhibendum; hinc *radix laxativ.* semper tuta.

III. Dolor dentium quandoque infallibi-

le eſt ſignum conceptionis, quod plurimæ, confirmabunt mulierculæ.

IV. Veſicatorium nunquam negligendum.

V. Theriaca recens externè impoſita haud exiguam confert medelam.

VI. *Aq. Aſthmatica* vel *mirabilis* vel *lil. convall.* triplici infuſione florum recentium parata in ore detenta, egregiè ſedat dolorem.

VII. Ipſum opium cavo denti inditum doloris demulcet atrocitatem.

VIII. Fumus *ſeminis hyoſciami* carbonibus injecti ore hauſtus multis profuit, præſertim ſi dolor fuerit a vermibus.

IX. Omnia frigida, omnia fervida, ut & ſaccharata nocent.

De Cephalalgia.

I.

ALvus quotidie ſuo reſpondeat officio.

II. Hic affectus ut plurimum eſt per conſenſum, rarius per eſſentiam, exceptâ lue venerea, & ſcorbuto: hinc ferè ſemper emeticum dari poteſt, ſexu ſequiori tamen excepto.

III. Clyſteres & ſuum conferunt in juvando ſymbolum.

IV. Uſus obtinuit, ut purgantia in forma pilular. ante decubitum dentur, quibus *Merc. dulcis* rectè miſcetur.

V. V.S. in fronte, manu vel pollice pedis nunquam erit fruſtranea.

VI. Arteriotomia in temporibus, & veſica-

ſicatoria juxta aures generoſa hujus morbi ſunt remedia.

VII. Opiata palliativè curant, idque non ſinè periculo gravioris recidivæ, vel affectus lethargici.

VIII. Optimum eſt remedium non ſatiari cibis.

IX. Vinum nocet capiti.

X. Topica in forma liquida multis ſunt ſuſpecta, idque non ſine ratione, placent mihi frontalia in forma ſicca ex *flor.pap. rhæad.betonic.paralyſ.roſar.populi, ſummit. anethi, nucleis perſicor.*

XI. In febribus intermittentibus *aq. roſar.* linteis duplicatis frequenter apponatur temporibus.

XII. In dolore capitis ex cauſa frigida, & humore pituitoſo proſunt ſpirituoſa, v. gr. *Spir. convulſ.aq.cephal.Carol.V.Tinct.Caſtor.*& alia foris adhibita, vel *Emplaſtr.de ranis cum Mercur.*

De Oculorum dolore.

I.

VItanda ſunt lucida, radii ſolares, frigida & acria.

II. *Sacculi floribus euphraſiæ cyani, camom. ſummit.Anethi*, & referti Spir. Vini *aſperſi* egregiè proſunt foris impoſiti.

De Aurium dolore.

I.

FRigida, & acria auribus ſunt inimica.

II. Præſtat ſpecies pro fomento ſacculo incluſas cum lacte coctas auribus imponere.

De Arthritide.

I.

PRæſervatoria ſemper danda ante æquinoctia, & ſolſtitia.

II. Purgantia fortiora, & ſudorifera calidiora rarius benè cedunt.

III. Præferuntur blandiora laxativa, inſuſa, v.gr. *& pilul. aloëtic.*

IV. Vomitus quidni proderit arthriticis, cum malum hoc radices ſuas habeat in depravata digeſtione.

V. Totius curæ negotium conſiſtit in accuratiſſima diæta quoad ſex res naturales: omnia enim reliqua medicamenta, exceptis ſtomachicis, vilipendo.

VI. Lac eſt unicum Arthriticorum ſolatium: vel ſi hæc cura diſpliceat, convenit *electuar.* ex amaris, quale habet *Sydenham*, tum in, tum extra paroxyſmum, quia omnia amara ſunt ſtomachica, & tonum viſcerum corroborant.

VII. Arthritici tandem fiunt hydropici: hinc proſunt hepatica vulgo dicta h. e. amara, & aperitiva.

VIII. Vinum exuletur, & pro potu ordinario commendamus *Tinct. ſarſæparill.* vel *ceresiſiam medicatam ex raſur. C.C. enulæ chamædr. & chamæpith.*

IX. *Eſſent. carminat. Vvedel.* vel *Spir. Carmin. de tribus*, vel *Tinct. Tartar. opiata* egregiè proſunt in ipſo paroxyſmo.

X. Fon-

X. Fonticuli quo numero plures eo efficaciores, quia est morbus articulorum.

De Arthritide vaga.

I.

PIlulæ arthriticæ *Schœfferi* ad gr. xv. datæ & sudoriferum ex *theriac. aq. fl. sambuc. mixt. simpl. Tinct. tartar. succo lumbricor. terrestr:* guttulis aliquot, *Tinct. opii* brevi cicurant hoc monstrum.

II. Externè placet nobis, *cataplasma ex beccabunga, sapone, stercore vaccino, & lumbricis.*

De variis visus læsionibus.

I.

PIlulæ cephalicæ, sive ophthalmica semper lunâ decrescente exhibendæ.

II. Conveniunt fonticuli; scarificationes, setaceum.

III. Remedia interna sunt stomachica & cephalica, v. gr. *salvia, euphras. anthos.* &c.

IV. Inter collyria excellunt infusa *Antimonialia.*

De Auditus læsionibus.

I.

EAdem remedia chirurgica hic applicari possunt.

II. V.S. in pollice manus egregiè prodesse solet.

III. In-

III. Instillantur auribus *Spirituosa, Aq. magnanimit. l'eau d'Hongrie, Spir. Vin. Tart. sassafratus.*

De Phrenitide.

I.

V. S. in pedibus instituenda, & reiteranda.

II. Carpis manuum vesicatoria sunt applicanda.

III. Plantis pedum revellentia, v. gr. *sapo niger, brassica capitata, muria condita, fermentum.*

IV. Capiti resolventia, & discutientia sunt imponenda, v.gr. columbæ, & gallinæ recens dissectæ.

V. Blandiora acida, & pulveres cinnabarini cum emulsionibus inter interna omne ferunt punctum.

De Mania.

I.

VOmitoria fortiora prosunt.

II. V.S. largior conducit.

III. Somnus quovis modo conciliandus.

IV. Omnes maniaci generosè ferunt generosa remedia: hinc est quare Agyrtæ, & Circumforanei felicius interdum hujusmodi morbos curent, quam Medici rationales.

V. Pro potu ordinario convenit serum lactis.

De Rabie.

I.

ULcera diutius ſervanda ſunt aperta.

II. Uſus diaphoreticorum plures ſeptimanas continuandus, cum hic morbus admodum infidus ſit.

III. Specifica vide apud Timæum,

De malo Hypochondriaco, & Scorbuto.

I.

HUc ſpectant omnia, quæ de vitioſa chyli diſtributione diximus.

II. Alvus ſemper debet eſſe laxior: eum in finem conveniunt pilulæ *Vveidelii* vid. *Schrod.* hypochondriacæ *Zvvelffer.* Melanagog. *Mynſicht.* Tartareæ *Quercet.* ſive *Schroder.* Aloëticæ Francof. vel *vina paſſulata, ſerum lactis paſſulatum cum fol. ſenn.* omnia ex *Tart.*

III. Inter hypochondriaca juvant acidulæ: in ſcorbuto confirmato nocent, vel ſaltem ſinè periculo ſuaderi nequeunt.

IV. Venæ ſalvatellæ ſectio omnibus creditur prodeſſe.

V. Omnes hypochondriaci ſunt flatulenti: hinc admodum conducunt enemata.

VI. Tempore vernali ſemper exhibendum eſt emeticum.

VII. Inter ſpecifica laudāt *Martialia Salina & balſamica*, v. gr. omnia *ex pino*, omnia ex *Sal. Armoniaco*, *arcan. duplicat. elixir. antiſcorb. Tinct. aperitiv. Mœbii.*

VIII. Om-

VIII. Omnes ſcorbutici habent ventriculum debiliorem: hinc egregiè prodeſt *Zingiber in India condit. ſuccolata, vinum malvaticum.*

IX. Omnes ſcorbutici benè ferunt nervina, & antiſpaſmodica.

De Gonorrhœa.

I.

QUi benè hìc purgat benè ſanat.

II. Adſtringentia non niſi præmiſſis purgantibus locum habent.

III. *Mercur. dulcis* omnibus purgantibus miſceri debet.

IV. Si adſit exulceratio in uretra, prodeſt injectio ex *decocto flor. roſ. aq. calcis vivæ, Spir. flor. ſambuc. trochiſcor. Alkekengi, & melle roſar.*

De ſupreſſione Menſium.

I.

V. S. creſcente Lunâ, inſtituenda in brachio, ante novilunium in pede.

II. Purgantia debent eſſe aloëtica, & cum hìc affectus curetur in cachexia, convenit vinum medicatum ex hepaticis, & ſpleneticis.

III. Inſtantibus menſibus potus frigidus, omnia frigida, & acida, ira, mæror, terror, quovis modo ſunt fugienda.

IV. Ante omnia ventriculi habenda eſt ratio: hincomnia ſtomachica ſunt etiam uterina, ſolis exceptis acidis.

V. Inter ſpecifica *ſuccinum, cinnabar. & myrrha*, atque omnia ex his parata principem obtinent locum.

VI. Quæ

VI. Quæ nervis, & cerebro ſunt dicata, conveniunt quoque utero.

De Fluore albo.

I.

CUratur, ut gonorrhœa: & hìc locum habet vulgare: qui benè purgat benè ſanat.

II. Prodeſt quoque V.S.

III. Ante omnia attendendum ad chylificationem.

IV. *Liquor C. C. ſuccinat.* & alia *antiepileptica* hic multum præſtant.

V. Acidulæ multis fuere proficuæ.

VI. Adſtringentia diſponunt ad cachexiam, & febres.

De Suffocatione Uteri.

I.

OMnia, quæ hypochondriacos juvant, juvant quoque hyſtericas.

II. Omnia purgantia nocent hyſtericis, enemata autem egregiè proſunt.

III. Dulcia, acida, frigida, ſuaveolentia, ira, & terror peſtis inſtar fugienda.

IV. Emeticum ſtatim exhibitum ipſum tollit paroxyſmum.

V. In ipſo paroxyſmo omnia illa ſunt adhibenda, quibus epileptici excitari ſolent.

VI. Quippè paucis contenti eſſe poſſumus, v.g. *Spir. Sal. Armon. Tinct. ſal.* cum *opio*, *Aq. menth. puleg. epilept. Lang. pulv. Timæi* ex *margar. fœcul. bryon. caſtor.* & *Ol. rutæ*.

De morbis Gravidarum.

I.

TError, ira, casus, percussio, & omnia fœtida procurant abortum.

II. V.S. medio gestationis tempore administrata, remedium est nulli secundum.

III. Primis mensibus dari debent, quæ juvant chylificationem, vel si necessitas nõ urgeat, nausea, & vomitus soli naturæ relinquantur.

IV. Nulla diarrhœa tuta est.

V. Tussi medentur *pil. ex styrac. ambra, & laudano opiato.*

VI. Quandoque ad confortandum danda sunt spirituosa, v.gr. *aq. epilept. Lang. aq. mirab. cerasf. lavendulata, bal. embryon. vinum hispanicum.*

VII. Omnia acida, & vinosa nocent gravidis.

De partu difficili.

I.

NUlla danda sunt remedia fœtum expellentia, nisi ubi jam omnia ad partum fuerint disposita, hoc est antequam aqua effluxerit, & os uteri fuerit apertum.

II. Alvus constipata reddit partum difficiliorem: hinc clysmata egregiè prosunt in partus difficultate.

III. Si fœtus situ pręternaturali egredi conetur, stolidum est expellentibus velleati remediis.

IV. Non

IV. Non omnes dolores ſunt dolores partus; dantur enim dolores nothi, vel ſpurii, qui ad ſpaſmos inteſtinales, & conſequenter uterinos referri ſolent, quos a veris diſtinguere res eſt magni momenti.

V. Frigus omnibus parturientibus eſt infenſiſſimum.

VI. Inter partum promoventia excellunt *ſuccinata*, *cinnabarina*, *glacies Mariæ*, *borax Veneta*, *aq.meliſſ.aq.puleg.aq. cinam. aq. epilept.Lang.balſ.embryon.*

VII. Si fœtus fuerit mortuus, ſatius eſt eum fruſtulatim uncis extrahere, quam ad matris internecionem uſque eũ relinquere.

VIII. Si fætus per tres, vel quatuor dies hæſerit in partu, meritò habetur pro mortuo.

IX. Quæ ſanguinis ſpirituaſcentiam promovent, partum accelerant.

X. Quæ humectando relaxant, v. gr. fomenta, balnea; & juſcula lubricitantia optima ſunt.

De Puerperis.

I.

PUerperæ tractari debent quemadmodum graviter vulnerati tractari ſolent.

II. Statim reſtaurans aliquod, v.gr. unum vel alterum cochl. vini calidi, vel cereviſiæ calidæ exhibendum.

III. Quies eſt imperanda.

IV. Somno non ſtatim indulgendum.

V. Morbi puerperarum ad unum ferè omnes ex mala victus ratione, & ex frigoris ſuſceptione ortum trahunt. Fri-

VI. Frigus peſtis eſt puerperarum.

VII. Non ſtatim debent ſatiari cibis.

VIII. Diæta excarnis præſervat a febribus.

IX. Terror mille malorum eſt author.

X. Optimum præſervativum eſt, ſi puerpera corpore exiſtente quieto, & mente tranquilla ad diem undecimum uſque in lecto detineatur.

XI. Melius eſt alvum primis diebus ſiccam eſſe, ritè interim fluentibus lochiis, quam ſi diarrhœa coincidat, quæ ſemper monſtri quid alit.

XII. Purgantia ceu ipſum venenum fugienda.

XIII. Potus ſemper ſit tepidus.

XIV. Plus enim periculi a remediis refrigerantibus, etiam ubi intenſus adeſt calor, quam a calidis.

XV. Si lochia non ritè fluant, detur *Tinct.myrrh. Tinct. Antim. ſperma ceti, ſuccin.*cum *myrrha*.

XVI. Quamprimum puerpera febri corripitur, reſpiciendum erit ad lochia, & ejuſmodi danda ſunt remedia, quæ horum fluxum promoveant, vel ſaltem non retardent, v. gr.C.C.S. *igne lapid.Cancr.Antim. diaphor.cinnabar.Antim.myrrh. rubr. Sal. vol. C.C.ſuccini Tinct.myrrh.Tinct. Antim. aq.puleg.aq.flor.cheiri, aq.hyſterica*.

XVII. Sæpius præſenti etiam febri fluant lochia, ſed ob continui ſolutionem intus factam adeſt inflammatio, unde febris, & conſequenter convulſiones, & mors.

XVIII. Puerperæ febricitantes facilè

fiunt

fiunt epilepticæ ; quod probè notandum, ut ſemper ad futura graviora mala in medendo reſpiciamus.

XIX. Febris lactea, quæ quarto, vel ſexto die ſupervenit, eſt ephemera, & ſolius naturæ auxilio levi ſubſequente madore tollitur.

XX. Dolor poſt partum eſt vel a ſpaſmo vel a grumis ſanguinis: convenit, *elix. propriet. Ol. amygd. recens expreſſum, ſperma ceti.* Externè *ungent. carminat. Mynſ.* & ſacculus paregoricus ex *flor. melilot. ſambuc.* & aliis *carminativis*, cum vino, vel lacte coqui poſſunt, & calidè imponi.

XXI. In Eryſipelate mammarum conveniunt ex *rob. & aq. flor. ſambuc.* externè mammæ leviter fricentur ſcopulâ ad diſſolvendum lac: deinde imponatur *pulvis contra eryſipel. Mynſ.*

XXII. Aër frigidus quocunque modo admiſſus nocet.

XXIII. Ad lac exſiccandum convenit chærefolium cum butyro frixum foris impoſitum, *ſparatrappa ex cera*, & *Oleum roſar. empl. de ſpermat. ceti empl. de minio.*



AU-

AURELII
CORNELII CELSI
INSIGNIORES SENTENTIÆ.

INSIGNIORES

Aliquot

SENTENTIÆ

Selectæ ex libris Aurelii Cornelii Celsi medici inter Latinos elegantissimi.

Ex Lib. Primo.

I. UT alimenta sanis corporibus agricultura, sic sanitatem ægris medicina promittit. *præf.* L. 1. p. 1.

II. Desidia atque luxuria, hæc duo prius in Græcia corpora vitiarunt, deinde apud nos afflixerunt. *præf.* L. 1. p. 2.

III. Non credunt posse eum scire, quomodo morbos curare conveniat qui, unde hi sint, ignoret. *præf.* L. 1. p. 4.

IV. Eum rectè curaturum esse dicunt, quem prima origo causæ non fefellerit. *præf.* L. 1. p. 5.

V. Occursurum enim initio dicunt eum, qui originem non ignorarit. *præf.* L. 1. p. 5.

VI. Differunt pro natura locorum genera medicinæ. *præf.* L. 1. p. 1.

VII. Nam ne agricolam quidem, aut gubernatorem disputatione, sed usu fieri. *præf.* L. 1. p. 9.

VIII. Alii putant interesse, non quid morbum faciat, sed quid tollat. *præf.* L. 1. p. 10.

IX. Mor-

IX. Morbi non eloquentiâ, ſed remediis curantur. *præf.* L. 1. p. 10.

X. Neque quicquam eſt ſtultius, quam quale quid vivo homine, eſt, tale exiſtimare eſſe, moriente, imo jam mortuo. *præf.* L. 1. p. 11.

XI. Cujus rei non eſt certa cognitio, ejus opinio certum reperire remedium non poteſt: Verumque eſt quod ad ipſam curandi rationem nihil plus confert quàm experientia. *præf.* L. 1. p. 13.

XII. (Medicina) eſt ars conjecturalis, neque reſpondet ei plerumque non ſolum conjectura, ſed experientia. *præf.* L. 1. p. 13.

XIII. Intereſt enim, fatigatio morbum, an ſitis, an frigus, an calor, an vigilia, an fames fecerit; an cibi vinique abundantia, an intemperantia libidinis *præf.* L. 1. p. 14.

XIV. Neque ignorare medicum oportet, quæ ſit ægri natura; humidum magis, an magis ſiccum corpus ejus ſit, validi nervi an infirmi, frequens valetudo an rara, eaque, cum eſt, vehemens eſſe ſoleat an lenis, brevis an longa. *præf.* L. 1. p. 14.

XV. Vix ulla perpetua præcepta Medicinalis ars recipit. *præf.* L. 1. p. 17.

XVI. Hippocrates dixit, mederi oportere communia, & propria intuentem. *præf.* L. 1. p. 16.

XVII. Non eadem omnibus, etiam in ſimilibus caſibus opitulantur. *præf.* L. 1. p. 18.

XVIII. Qui ſecundis aliquando fruſtra curatus eſt, contrariis ſæpe reſtituitur. *præf.* L. 1. p. 19.

XIX. Cum par ſcientia ſit, utiliorem tamen medicum eſſe (ſcias) amicum, quàm extraneum. *præf.* L.1.p.19.

Lib. I.

XX. Sanus homo, qui & benè valet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus debet; ac neque medico, neque iatroaliptâ egere. Hunc oportet varium habere vitæ genus, modo ruri eſſe, modo in urbe, ſæpiuſque in agro: navigare, venari, quieſcere interdum, ſed frequentius ſe exercere. Siquidem ignavia corpus hebetat, labor firmat: illa maturam ſenectutem, hic longam adoleſcentiam reddit. l.1.c.1.p.20.

XXI. Bis die cibum capere, potius quam ſemel, poteſt homo: & ſemper quam plurimum, dummodo hunc concoquat. L. 1. c.1. p.21.

XXII. Concubitus neque nimis concupiſcendus, neque nimis pertimeſcendus eſt: rarus, corpus excitat, frequens ſolvit. Cum autem frequens non numero ſit, ſed natura ratione ætatis & corporis, ſcire licet eum non inutilem eſſe, quem corporis neque languor, neque dolor ſequitur. L.1.c.1. p.21.

XXIII. Cavendum, ne in ſecunda valetudine adverſæ præſidia conſumantur. L.1.c.1. p.21.

XXIV. Imbecillis ſtomacho, quo in numero magna pars urbanorum, omneſque penè cupidi literarum ſunt, obſervatio neceſſaria eſt, ut quod corpori vel loci vel

ſtudii

ſtudii ratio detrahit, cura reſtituat. Ex his igitur qui benè concoxit, manè tuto ſurget, qui parum quieſcere debet, & ſi manè ſurgendi neceſſitas fuerit redormire: qui non concoxit ex toto conquieſcere, ac neque labori ſe, neque exercitatione, neque negocio credere. L.1.c.2.p.21.

XXV. Scire licet integrum corpus eſſe, cum quotidie manè urina alba, dein rufa eſt: illud concoquere, hoc concoxiſſe ſignificat. L.1.c.2.p.22.

XXVI. Si lucubrandum eſt, non poſt cibum facere, ſed poſt concoctionem. L.1.c.2. p.22.

XXVII. Quem interdiu vel domeſtica vel civilia officia tenuerunt, huic tempus aliquod ſervandum curationi corporis eſt. Prima autem ejus curatio exercitatio eſt, quæ ſemper antecedere cibum debet; exercitationis autem modus & finis eſſe debet ſudor, aut certè laſſitudo, quæ citra fatigationem ſit. L.1.c.2.p.22.

XXVIII. Nunquam utilis eſt nimia ſatietas. Sæpe inutilis eſt nimia abſtinentia. Sæpe ſi qua intemperantia ſubeſt, tutior eſt in potione quam in eſca. L.1.c.2.p.23.

XXIX. Secunda menſa bono ſtomacho nihil nocet, in imbecillo coaceſcit. L.1.c.2. p.24.

XXX. Poſt ſatietatem nihil agendum. L.1.c.2.p.24.

XXXI. Ubi expletus eſt aliquis, facilius concoquit, ſi, quicquid aſſumſit: potione aquæ frigidæ includit, tum pauliſper invigilat, deinde benè dormit. L.1.c.2.p.24.

XXXII. Neque ex ſalubri loco in gravem, neque ex gravi in ſalubrem tranſitus ſatis tutus eſt.L.1.c.3.p.24.

XXXII. Neque vero ex multa fame nimia ſatietas, neque ex nimia ſatietate fames idonea eſt.L.1.c.3.p.24.

XXXIV. Periclitatur,& qui ſemel,& qui bis die cibum incontinenter contra conſuetudinem aſſumit.L.1 c.3.p.25.

XXXV. Neque ex nimio labore ſubitum ocium, neque ex nimio ocio ſubitus labor ſine gravi noxa eſt.

XXXVI. Cum quis mutare aliquid volet, paulatim debebit aſſueſcere. L. 1. c. 3. p.25

XXXVII. Nimis ocioſa vita utilis non eſt, quia poteſt incidere laboris neceſſitas. L. 1. c.3.p.25.

XXXVIII. Illud noſſe oportet quod ex labore,ſudanti,frigidæpotio perniciosiſſima eſt: atque etiam cum ſudor ſe remiſit, itinere fatigatis inutilis.L.1.c.3.p.26.

XXXIX. Levat laſſitudinem etiam laboris mutatio: eumque, quem novum genus cujusdam laboris preſſit, id quod in conſuetudine eſt,reficit.L.1.c.3.p.26.

XL. Quod contra conſuetudinem eſt, nocet, ſeu molle, ſeu durum eſt. L. 1. c. 3. p.27.

XLI. Ante omnia ſcire convenit naturam corporis: quia alii graciles, alii obeſi ſunt; alii calidi, alii frigidiores; alii humidi, alii ſicciores, alios adſtricta, alios reſoluta alvus exercet.L.1.c.3.p.27.& 28.

XLII. Raro quiſquam non aliquam partem

tem corporis imbecillam habet. L. 1. c. 3 p.28.

XLIII. Vomitus inutilis eſt gracilibus & imbecillum ſtomachum habentibus: utilis eſt plenis, & bilioſis omnibus, ſi vel nimium ſe replerunt, vel parum concoxerunt. Nam, ſivè plus eſt, quam quod concoqui poſſit, periclitari, ne corrumpatur, non oportet: Si vero corruptum eſt, nihil commodius eſt, quam id, qua via primum expelli poteſt, ejicere. L. 1. c. 3. p. 29.

XLIV. (Vomitum) luxuriæ causâ fieri non oportere confiteor. L. 1. c. 3. p. 30

XLV. Qui valere & ſeneſcere volet, (vomere) quotidianum non habeat. L. 1. c. 3. p. 30.

XLVI. Dejectio autem medicamento petenda eſt, ubi venter ſuppreſſus parum reddit; ex eoque inflammationes, caligines, capitis dolores, aliaque ſuperioris partis mala increſcunt. L. 1. c. 3. p. 31.

XLVII. Sed purgationes quoque ut interdum neceſſariæ ſunt, ſic ubi frequentes ſunt, periculum afferunt. Aſſueſcit enim non ali corpus, & ob hoc infirmum erit, cum omnibus morbis obnoxia maximè infirmitas ſit. L. 1. c. 3. p. 31.

XLVIII. Vinum dilutius pueris, meracius ſenibus (convenit.) L. 1. c. 3. p. 32.

XLIX. Hyeme plus eſſe convenit; minus, ſed meracius, bibere. At Vere paulum cibo demendum adiiciendumque potioni, ſed dilutius tamen bibendum eſt. Æſtate ut ſæpius utendum cibo, ſic exiguo eſt. Per Autumnum propter cœli varietatem peri-

culum maximum eſt : itaque neque ſinè veſte, neque ſine calceamentis prodire oportet : Cibo vero jam pleniore uti licet, minus ſed meracius bibere. L.1. c.3. p. 33. & 34.

L. Venus Hyeme non perniciosa, Vere tutiſſima : neque Æſtate vero neque Autumno utilis eſt; tolerabilior tamen per Autumnum eſt. Æſtate in totum, ſi fieri poteſt, abſtinendum. L.1.c.3.p. 33. & 34.

LI. Capiti nihil æque prodeſt atque aqua frigida. L 1.c.4.p.35.

LII. Semper poſt cibum conquieſcere (oportet) neque intendere animum neque ambulatione quamvis leni dimoveri. L. 1. c.6.p.37.

LIII. Calor adjuvat omnia, quæ frigus infeſtat. L.1.c.9.p.39.

Lib. II.

I. SAluberrimum ver eſt, proximè deinde ab hoc hyems, periculoſior æſtas, autumnus longè periculoſiſſimus. Ex tempeſtatibus vero optimæ æquales ſunt ſivè frigidæ, ſivè calidæ : Peſſimæ quæ variant maximè : quo fit ut autumnus plurimos opprimat. L.11.c.1.p.42.

II. Saluberrimi ſunt ſereni dies: meliores pluvii, quam tantum nebuloſi, optimique hyeme, qui omni vento vacant : æſtate quibus favonii perflant. Si genus aliud ventorum eſt, ſalubriores ſeptentrionales, quam ſubſolani, vel auſtri ſunt. L.11.c.1.p.42.

III. Ventus ubique ferè a mediterraneis re-

regionibus veniens ſalubris, a mari gravis. L.11.c.1.p.43.

IV. Peſſimum ægro eſt cælum, quod ægrum fecit. L.11.c.1.p.43.

V. Ætas media tutiſſima eſt, quia neque juventæ calore, neque ſenectutis frigore infeſtatur. L.11.c.1.p.43.

VI. Longis morbis ſenectus, acutis adoleſcentia magis patet. L.11.c.1.p.43.

VII. Corpus autem habiliſſimum, quadratum eſt, neque gracile neque obeſum: Nam longa ſtatura, ut in juventa decora eſt, ſic matura ſenectute conficitur: Corpus gracile, infirmum: obeſum hebes eſt. L. 11. c.1.p.43.

VIII. Inimicior ſenibus hyems, æſtas adoleſcentibus eſt. L.11.c.1.p.46.

IX. Omnis pueritia primum circa quadrageſimum diem, deinde ſeptimo menſe, tum ſeptimo anno, poſtea circà pubertatem periclitatur. L.11.c.1.p.46.

X. Adoleſcentia morbis acutis, itemque comitialibus, tabique maxime objecta eſt. L.11.c.1.p.47.

XI. Obeſi plerumque acutis morbis, & difficultate ſpirandi ſtrangulantur, ſubitoque ſæpè moriuntur. L.11.c.1.p.47.

XII. Si ſpecioſior, & plenior aliquis, & coloratior factus eſt, ſuſpecta habere bona ſua debet: quæ quia neque in eodem habitu ſubſiſtere, neque ultra progredi poſſunt, ferè retro quaſi ruina quadam revolvuntur. Pejus tamen ſignum eſt ubi aliquis contra conſuetudinem emarcuit, & decorem coloremque amiſit, quoniam in his quæ ſupe-

rant, est quod morbus demat: in his quæ desunt non est, quod ipsum morbum ferat. L.11.c.2.p.48.

XIII. Sunt quædam proprietates hominum, sinè quarum notitia non facilè quicquam in futurum præsagiri potest. L. 11. c.2.p 49.

XIV. Facilè securus est aliquis in iis, quæ sæpe sinè periculo evasit. L.11. c.2.p.49.

XV. Mali morbi testimonium est vehementer, & crebro spirare. L.11.c.4.p.51.

XVI. Mali etiam morbi signum est nimis celeriter emacrescere. L.11. c.4. p.51.

XVII. Periculosum est etiam, post arquatum morbum febrem oriri. L.11.c.4. p.52.

XVIII. Nulla acuta febris leviter terrere nos debet. L.11.c.4.p.52.

XIX. Vomitus sinceræ pituitæ vel bilis periculosus, pejorque si viridis aut niger est: at mala urina est, in qua subsidunt subrubra aut livida: deterior, in qua quasi fila quædam tenuia atque alba, pessima ex his, si tanquam ex furfuribus factas nubeculas repræsentat; diluta quoque, atque alba vitiosa est, sed in phreneticis maximè. Alvus autem mala est ex toto suppressa. Periculosa etiam, quæ inter febres fluens, conquiescere hominem in cubili non patitur; utiq; si quod descendit, est perliquidum, aut albidum aut pallidum, aut spumans. Item quod excernitur malum est, exiguum glutinosum, lividum, biliosum, cruentum, aut pejoris odoris, quam consuetudine, malum est, & sincerum. L. 11. c.4.p.52.

XX. Urina vero fulva, & tenuis in magna

gna cruditate esse consuevit. Pessima tamen est, præcipueque mortifera, nigra, crassa, mali odoris. Alvus quoque varia, & discreta reddens, pestifera est: sed ægrum in præcipiti jam esse denuntiat, quæ liquida, eademque vel nigra, vel pallida, vel pinguis est; utique si magna fœditas odoris accessit. L.11.c.6.p.56.

XXI. Qui spumantem sanguinem excreant, his in pulmone vitium est. L.11.c.7. p.61.

XXII. Mulieri si lac ex mammis profluit, imbecillum est, quod intus gerit; duræ mammæ sanum illud esse testantur. L. 11. c.7.p.62.

XXIII. Quibus causa doloris, neque sensus ejus est, his mens laborat. L.11.c.7. p.62.

XXIV. Si in ventrem sanguis confluxit, ibi in pus vertitur. L.11.c.7. p.62.

XXV. Scire licet, inter ea, quæ ars adhibet, naturam plurimum posse. L.11.c.8. p.70.

XXVI. Omni resolutione nervorum ad medicinam non idonea sunt tempora hyems & autumnus; aliquid sperari potest vere, & æstate. Isque morbus mediocris vix sanatur, vehemens sanari non potest. L.11. c.8.p.76.

XXVII. Quartana æstiva brevis; autumnalis fere longa est, maximè quæ cæpit hyeme appropinquante. L.11.c.8.p.76.

XXVIII. Omne auxilium corporis, aut demit aliquam materiam aut adjicit, aut evocat aut reprimit, aut refrigerat, aut cale-

facit, aut durat, aut mollit. L. 11. c. 9. p. 77.

XXIX. Sanguinem, incisâ venâ, mitti novum non est: sed nullum penè morbum esse, in quo non mittatur, novum est. L. 11. c. 10. p. 77.

XXX. In mittendo sanguine non tam annos medicus numerare, quam vires ægrotantis æstimare debet. L. 11. c. 10. p. 78.

XXXI. Tenuioribus magis sanguis, plenioribus magis caro abundat. L. 11. c. 10. p. 78.

XXXII. Satius est anceps experiri auxilium, quam nullum. L. 11. c. 10. p. 79.

XXXIII. Cum sit crudo minimè mittendus sanguis, tamen ne id quidem perpetuum est; neque enim semper concoctionem res exspectat: Nam si ex superiore parte decidit aliquis, si contusus est, si ex aliquo subito casu sanguinem vomit: quamvis paulò ante sumsit cibum, tamen protinus ei materia demenda est: idemque etiam in aliis repentinis casibus dictum sit. L. 11. c. 10. p. 79.

XXXIV. Si morbi ratio patitur, sanguinis detractioni tempus aptissimum est dies adversa valetudinis secundus, aut tertius. Sed ut aliquando etiam primo die sanguinem mittere necesse est; sic nunquam utile post diem quartum est, cum jam spatio ipso materia, & exhausta est, & corpus corrumpit, ut detractio imbecillum id facere possit, non possit integrum. L. 11. c. 10. p 80.

XXXV. Quod si vehemens febris urget, in ipso impetu ejus sanguinem mittere, homi-

minem jugulare eſt. Expectanda ergo intermiſſio, & iſta medicina ferè in biduum dividenda: Satius enim eſt primo levare ægrum, deinde perpurgare, quam ſimul omni vi effuſa fortaſſe præcipitare. L. 11. c. 10. p. 81.

XXXVI. Mittere autem ſanguinem cum ſit expeditiſſimum uſum habenti, tamen ignaro difficillimum eſt; juncta eſt enim vena arteriis, his nervi, ita ſi nervum ſcalpellus attigit, ſequitur nervorum diſtentio ea quæ crudeliter hominem conſumit. At arteriâ incisâ neque coit, neque ſaneſcit, interdum etiam, ut ſanguis vehementer erumpat efficit. L. 11. c. 10 p. 81.

XXXVII. Incidenda ad medium vena eſt, ex qua cum ſanguis erumpit: colorem habitumque ejus oportet attendere: Nam ſi is craſſus, & niger eſt, vitioſus eſt, ideoque utiliter effunditur: Si rubet, & pellucet integer eſt: eaque miſſio ſanguinis adeo non prodeſt, ut etiam noceat: protinuſque is ſupprimendus eſt. L. 11. c. 10. p. 81.

XXXVIII. Semper ante finis faciendus eſt, quam anima deficiat. L. 11. c. 10. p. 82.

XXXIX. Vehementi malo niſi æque vehemens auxilium ſuccurrere non poteſt. L. 11. c. 11. p. 84.

XL. Medicamenta ſtomachum fere lædunt. L. 11. c. 12. p. 84.

XLI. Alvus ſi vehementius fluit, aut ſæpius ducitur, hominem infirmat. L. 11. c. 12. p. 84.

XLII. Medicamentum non ſemper ægris

prodeſt, nocet ſemper ſanis. L. 11. c. 13. p. 87.

XLIII. Initia morborum primum famem ſitimque deſiderant; ipſi deinde morbi, moderationem, ut neque alius quam expedit, neque ejus ipſius nimium ſumatur. Neque enim convenit juxta inediam protinus ſatietatem eſſe. Quod ſi ſanis corporibus etiã inutile eſt, ubi aliqua neceſſitas famem fecit, quanto inutilius eſt in corpore ægro? Neque ulla res magis adjuvat laborantem, quam tempeſtiva abſtinentia. L. 11. c. 16. p. 92.

XLIV. Pertinet ad rem, omnium proprietates noſſe. L. 11. c. 18. p. 96.

XLV. Plus alimenti eſt in pane, quam in ullo alio cibo. L. 11. c. 18. p 97.

XLVI. Omne animal ſi lactens eſt, minus alimenti præſtat. L. 11. c. 18. p. 98.

XLVII. Omne ferum animal domeſtico levius eſt. L. 11. c. 18. p. 99.

XLVIII. Ovum durum valentiſſimæ materiæ eſt; molle, vel ſorbile, imbecilliſſimæ. L. 11. c. 18. p. 99.

XLIX. Braſſica ſubcruda alvum movet, bis cocta ſtringit. L. 11. c. 29. p. 106. L. 11. c. 30. p. 107.

L. Ad cataplaſma calefaciens valentior omnis farina eſt ex mulſo, quam ex aqua cocta. L. 11. c. 33. p. 110.

Lib. III.

I. NAtura repugnante nihil medicina proficit. Magis tamen ignoſcen-

ſcendum medico eſt parum proficienti in acutis morbis, quam in longis: hic enim breve ſpatium eſt intra quod; ſi quod non profuit auxilium, æger extinguitur: ibi, & mutationi remediorum, & deliberationi tempus patet, adeo ut raro, ſi inter initia medicus acceſſit, obſequens æger ſinè illius vitio pareat. L.III. c.I.p.112.

II. Illud ignorari non oportet, quod non omnibus ægris eadem auxilia conveniunt. L.III.c.I.112.

III. Oportet itaque ubi aliquid non reſpondit, non tanti putare auctorem quanti ægrum, & experiri aliud atque aliud. L.III. c.I.p.112.

IV. In acutis morbis ſerius æger alendus eſt, ut primo demtâ materiâ impetum frangat: In longis maturius, ut ſuſtinere ſpatium affecturi mali poſſit. L. III. c. 2. p. 114.

V. Multum intereſt ab initio quis rectè curatus ſit, an perperam; quia curatio minus his prodeſt, in quibus aſſiduè fruſtra fuit. L.III.c.2.p.114.

VI. Omnium optima ſunt quies, & abſtinentia: ſolaque abſtinentia ſine ullo periculo medetur. L.III.c.2.p. 114. & 115.

VII. Non dubium eſt quin vix quiſquam, qui non diſſimulavit, ſed per hæc maturè morbo occurrit, qui non ægrotet. L. III. c.2.p.115.

VIII. Aſclepiades officium eſſe medici dicit, ut tuto, ut celeriter, ut jucundè curet, id votum eſt, ſed ferè periculoſa eſſe nimium, & feſtinatio, & voluptas ſolet.

Qua

Qua vero moderatione utendum ſit, ut quãtum fieri poteſt omnia iſta contingant quæritur, qua ratione primis diebus æger continendus ſit. Antiqui medicamentis quibuſdam datis concoctionẽ moliebantur, eo quod cruditatem maximè horrebant. Deinde eam materiam, quæ lædere videbatur, ducendo ſæpius alvum ſubtrahebant. Aſclepiades medicamenta ſuſtulit, alvum non toties, ſed ferè tamen in omni morbo ſubduxit. Febre vero ipſa infeſtante ſe remedio hoc uti profeſſus eſt, convellendas enim vires ægri putavit, luce, vigiliâ, ſiti ingenti, ſic, ut ne eos quidem primis diebus elui ſineret. Quo magis falluntur, qui per omnia jucundam ejus diſciplinam eſſe contendunt. Etenim ulterioribus quidem diebus cubantis etiam luxuriæ ſubſcripſit, primis vero tortoris vicem exhibuit. Ego autem medicamentorum dari potiones, & alvum duci non niſi raro debere concedo. Et id non ideo tamen agendum, ut ægri vires cõvellantur exiſtimo: quoniam ex imbecillitate ſummum periculum eſt. Minui ergo tantum exſuperantem materiam oportet, quæ naturaliter digeritur, ubi nihil novi accedit. Itaque abſtinendus a cibo primis diebus, in luce habendus æger, niſi infirmus interdiu eſt, iſque cubare, quam maximè conclavi debet. Quod ad ſitim vero ſomnumque pertinet, moderandum id eſt, ut interdiu vigilet, noctu, ſi fieri poteſt, conquieſcat: ac neque poteſt, neque nimium ſiti crucietur. Os etiam ejus elui poteſt, ubi & ſiccum eſt, & ipſi fœtet, quamvis id

tem-

tempus aptum potioni non eſt: Commodèque Eraſiſtratus dixit, ſæpe inferiore parte humorem non requirente, os, & fauces requirente. L.III.c.4.p.117.118.119.

IX Optimum medicamentum eſt opportunè cibus datus, qui quando primum dari debeat quæritur, aliis quintum diem, aliis ſextum expectantibus. Aſclepiades ubi ægrũ triduo per omnia fatigaverat, quarto die cibum indulgebat. At Themiſon non quando cœpiſſet febris, ſed quando deſiiſſet aut certè levata eſſet, & ab illo tempore expectato die tertio cibum dabat. Nihil autem horum utique perpetuum eſt: nam poteſt primo die dari, poteſt ſecundo, poteſt tertio, poteſt non niſi quarto, aut quinto, poteſt poſt unam acceſſionem, poteſt poſt duas, poteſt poſt plures. Refert enim qualis morbus ſit, quale corpus, quale cœlum, quæ ætas, quod tempus anni: minimeque in rebus multum inter ſe differentibus perpetuum eſſe præceptum temporis poteſt. L. III.c.4.p.119.

X. Illud eſt unum ſemper, & ubique ſervandum, ut ægri vires ſubinde aſſidens medicus inſpiciat, & quandiu ſupererunt, abſtinentia pugnet: Si imbecillitatem vereri ceperit, cibo ſubveniat. Id enim ejus officium eſt, ut ægrum neque ſupervacua materia oneret, neque imbecillitatem fame perdat. L.III.c.5.p.120.

XI. Antiquos admodum celebres Pythagorici numeri fefellerunt, cum hîc medicus non numerare dies debeat, ſed ipſas acceſſiones intueri, & ex his conjectare quando

do cibus dandus ſit. L.III.c.4. p.122.

XII. Ferè graviorem acceſſionem levior nox ſequitur, quo fit, ut graviorem acceſſionem nox quoque triſtior antecedat. L.III c.5.p.124.

XIII. Matutinum tempus remiſſius ferè eſt ægris. L.III. c.5. p.125.

XIV. A tempore meridiano omnis æger ferè pejor fit. L.III.c.5.p.125.

XV. Matutinum tempus natura ſua leviſſimum eſt. L.III.c.5. p.125.

XVI. Integro corpore, cibo tempus aptius eſt. L.III.c.6.p.126.

XVII. Scire oportet optimum cibo tempus eſſe febre finita L.III. c.5.p.127.

XVIII. Cum ægros ſemper ſecuros agere conveniat, ut corpore tantum non etiam animo laborent, tum præcipuè ubi cibum ſumſerunt: itaque ſi qua ſunt quæ exaſperatura ſunt eorum animos, optimum eſt ea dum ægrotant eorum notitiæ ſubtrahere L.III.c.5.p.127.

XIX. Venis maxime credimus, fallaciſſimæ rei, quia ſæpe iſtæ lentiores celerioreſve ſunt, & ſexu, & ætate, & corporum natura. L.III.c.6.p.129.

XX. Periti medici eſt non protinus, ut venit, apprehendere manu brachium, ſed primum reſidere hilari vultu, percontarique quemadmodum ſe habeat: & ſi quis ejus metus eſt, eum probabili ſermone lenire: tum deinde ejus corpori manum admovere. L.III.c.6.p.129.

XXI. Medicus neque in tenebris, neque a capite ægri reſidere debet; ſed illuſtri lo-

co

co adversus eum, ut omnes notas ex vultu quoque cubantis perspiciat. L. III. c. 6. p.130.

XXII. Cibus febricitantibus humidus est aptissimus, aut humori certè quam proximus: utique ex materia quam levissima; maximèque sorbitio, eaque si magnæ febres fuerunt, quam tenuissima esse debet. L. III. c.6.p.130.

XXIII. Apponendi sunt ægro varii cibi, sicut Asclepiades præcepit, tum demum ubi fastidio urgetur; neque satis vires sufficiunt, ut paulum ex singulis degustando famem vitet. At si neque vis neque cupiditas deest, nulla varietate sollicitandus æger est, ne plus assumat quam concoquat. Neque verum est, quod ab eo dicitur, facilius, concoqui varios cibos: eduntur etiam facilius ad concoctionem autem materiæ genus, & modus pertinent. L. III. c. 6. p. 131.

XXIV. Neque inter magnos dolores, neque increscente morbo tutum est ægrum impleri cibo, sed ubi inclinata jam in melius valetudo est. L.III.c.6.p.131.

XXV. Id quoque videndum est quod quidam solum præcipiunt, adstrictũ corpus sit, an profluat. Quorum alterum strangulat, alterum digerit, nam si adstrictum est, ducenda alvus est, movenda urina, eliciendus omni modo sudor: contra si profluet, sudor coërcendus, quies adhibenda erit, tenebris somnoque quandocunque volet, utendum; non nisi levi gestatione corpus agitandum, & pro genere mali subveniendum. L. III. c.6.p.132.

XXVI. In febre peſtilente minime utile eſt aut fame, aut medicamentis uti, aut ducere alvum. Si vires ſinunt, ſanguinem mittere optimum eſt, præcipuèque ſi cum dolore febris eſt. L.III.c.7.p.133.

XXVII. Ex toto, non ſic pueri, ut viri, curari debent. L.III. c.7. p.134.

XXVIII. Non facilè ſanguinem mittere, non facilè ducere alvum, non cruciare vigiliâ fameve aut nimia ſiti, non vino curare ſatis convenit. L.III. c.7. p. 134.

XXIX. Cum vero in ſummo incremento morbus eſt, utique non ante diem quartum magna ſiti antecedente, frigida aqua copiosè præſtanda eſt, ut bibat etiam ultra ſatietatem, & cum jam venter, & præcordia ultra modum repleta ſunt ſatiſque refrigerata, vomere debet. Quidam ne vomitum quidem exigunt, ſed ipsâ aquâ frigidâ tantum ad ſatietatem datâ pro medicamento utuntur. Ubi utrumlibet factum eſt, multa veſte operiendus eſt, & collocandus ut dormiat; fereque poſt longam ſitim, & vigiliam, poſt multam ſatietatem, poſt infractum calorem, plenus ſomnus venit, per quem ingens ſudor effunditur: idque præſentiſſimum auxilium eſt: ſed in his tamen in quibus præter ardorem nulli dolores, nullus præcordiorum tumor: nihil prohibens, vel in thorace, vel in pulmone, vel in faucibus, non ulcus, non defectio, non dejectio, non profluvium alvi fuit. L.III.c.7.p.135.

XXX. Cum eadem omnibus convenire non poſſunt, ferè quos ratio non reſtituit,

te-

temeritas adjuvat. L.III.c.9.p.138.

XXXI. Notæ inflammationis ſunt quatuor rubor, & tumor, cum colore, & dolore. L.III.c.10.p.139.

XXXII. Sæpe etiam pertinacia juvantis, malum corporis vincit. L.III.c.12.p.142.

XXXIII. Quartana neminem jugulat; ſed ſi ex ea facta quotidiana eſt, in malis æger eſt. Quod tamen niſi culpâ, vel ægri, vel curantis, nunquam fit. L. III. c. 15. p. 146.

XXXIV. Vetus quartana raro, niſi vere ſolvitur. L.III.c.16.p.147.

XXXV. Si quartana quievit, diu meminiſſe ejus diei convenit, eoque vitare frigus, calorem cruditatem, laſſitudinem: facilè enim revertitur niſi a ſano quoque aliquandiu timetur. L.III.c.16.p.147.

XXXVI. Ex phreneticis alii hilares, alii triſtes ſunt, alii facilius continentur, & intra verba deſipiunt, alii inſurgunt, & violenter quædam manu faciunt, atque ex his ipſis alii nihil niſi impetu peccant, alii etiã artes adhibent, ſummamque ſpeciem ſanitatis in captandis majorum operum occaſionibus præbent, ſed exitu deprehenduntur. Ex his autem eos, qui intra verba deſipiunt, aut leviter etiam manu peccant, onerare aſperioribus coërcitionibus ſupervacuum eſt: eos vero qui violentius ſe gerunt, vincire convenit, ne vel alteri, vel ſibi noceant. Neque credendum eſt ſi vinctus aliquis, dum levari vinculis cupit, ſanum jam ſe fingat, quamvis prudenter, & miſerabiliter loquãtur, quoniam is dolus inſanientis eſt. Adver-

versus omnium sic insanientium animos gerere se pro cujusque natura necessarium est. L.III.c.18.p.149.& 151.

XXXVII. Asclepiades perinde esse dixit, his sanguinem mitti, ac si trucidentur, rationem hanc sequutus, quod neque insania esset nisi cum febre intenta, neque sanguis nisi in remissione ejus, rectè mitteretur. L.III.c.18.p.150.

XXXVIII. Multa in præcipiti periculo rectè fiunt, alias omittenda. L. III. c. 18. p. 150.

XXXIX. Phreneticis, somnus difficilis, & precipue necessarius est; sub hoc enim plerique sanescunt. L.III.c.18 p.152.

XL. Somnus illis medicamentis accersendus est, (quæ soporifera sunt,) habita scilicet eadem moderatione, quæ hîc necessaria est, ne quem obdormire volumus, excitare postea non possimus. L. III. c. 18. p. 153.

XLI. Neque ignorare oportet leviorem esse morbum cum risu quàm serio insanientium. L.III.c.18.p.154.

XLII. Aquæ inter cutem tres species sunt: communis est humoris nimia abundantia, ob quam ne ulcera quidem in his ægris facilè sanescunt. L. III. c. 21. p. 160. 161.

XLIII. Facilius in servis, quam in liberis tollitur (*hydropisis*,) quia cum desideret famem, sitim, & mille alia tædia, longamque patientiam, promptius his succurritur qui facilè coguntur, quam quibus inutilis libertas est. Sed ne hi quidem, qui sub alio

ſunt, ſi ex toto ſibi temperare non poſſunt, ad ſalutem perducuntur. Ideoque non ignobilis medicus, Chryſippi diſcipulus, apud Antigonum regem, amicum quendam ejus, notæ intemperantiæ, mediocriter eo morbo implicitum, negavit poſſe ſanari. Cumque alter medicus Epirotes Philippus ſe ſanaturum polliceretur, reſpondit, illum ad morbum ægri reſpicere, ſe ad animum. Neque eum res fefellit. Ille enim cum ſumma diligentia, non medici tantummodo, ſed regis cuſtodiretur, tamen malagmata ſua devorando, bibendoque ſuam urinam, in exitium ſe præcipitavit. L.III.c.21. p161.

XLIV. Inter initia non difficillima curatio eſt, ſi imperata ſunt, quies, ſitis, inedia. At ſi malum inveteravit, non ſine magna moleſtia diſcutitur. L.III.21.p.161.

XLV. Multum ambulandum, currendum aliquando eſt; ſuperiores maximè partes ſic perfricandæ, ut ſpiritum ipſe contineat. Evocandus eſt ſudor non per exercitationem tantum, ſed etiam in arena calida, vel Laconico, vel clibano ſimilibuſque aliis: maximèque utiles naturales, & ſiccæ ſudationes ſunt, quales ſuper Bajas habemus in myrtetis. Balneum atque omnis humor alienus eſt. L.III. c.21. p.162.

XLVI. Potio non ultra danda eſt quam ut vitam ſuſtineat; optimaque eſt, quæ urinam movet. L.III.c.21.p.162.

XLVII. Hydropicis alvum moliri cibo melius eſt, quam medicamento. L.III.c.21. p. 162.

XLVIII. Non alienum erit metiri potio-

tionem hydropici, & urinam; nam si plus humoris excernitur, quam assumitur, ita demum secundæ valetudinis spes est. L. III. c. 21. p. 163.

XLIX. Ubi convaluit aliquis, (*ex hydrope*) diu tamen alienus ei veneris usus sit. L. III. c. 121. p. 166.

L. Qui de phthisi dubitant, an sit, hac notâ utuntur. Quod excreatum est, si in ignem impositum mali odoris est. L. III. c. 22. p. 168.

LI. Phthisis ætate firmissima maximè oritur, idest ab anno duo de vigesimo usque ad annum quintum, & trigesimum. L. III. c. 22. p. 169.

LII. Lac quod in capitis doloribus, & in acutis febribus pro veneno est; in phthisi tamen, sicut in omnibus longis difficilibusque febriculis rectè dari potest. L. III. c. 22. p. 170.

LIII. Comitialis morbus sæpius viros, quam fœminas occupat. L. III. c. 23. p. 172.

LIV. Omnis vomicæ finis est, ut rumpatur. L. III. c. 27. p. 181.

Lib. IV.

I. Nihil pestiferum est, nisi quod pulmonem exulcerat. L. iv. c. 3. p. 191.

II. Alvus ducta sæpe superiores partes resolvit. L. iv. c. 3. p. 195.

III. Sæpe fœminæ quibus sanguis per menstrua non respondet, hunc exspuunt. L. iv. c. 4. p. 202.

IV. Exer-

IV. Exercitatio, quæ ſuperiores partes maximè moveat in omnibus ſtomachi vitiis aptiſſima eſt. L.iv.c.5.p.206.

V. In omnibus ſtomachi vitiis præcipiendum eſt, ut, quo modo ſe quiſque æger refecerit, eodem ſanus utatur. L. iv. c. 5. p. 206.

VI. Peripneumonia plus periculi, quam doloris habet. L.iv.c.7.p.212.

VII. Uno die fluere alvum ſæpe pro valetudine eſt; atque etiam pluribus dum febris abſit, & intra ſeptimum diem conquieſcat: Purgatur enim corpus, & quod intus læſurum erat, utiliter effunditur. Verum ſpatium periculoſum eſt: interdum enim tormina, & febriculas excitat, vireſque conſumit: interdum autem evenit, ut id neglectum pluribus diebus curari difficillimum ſit. L.iv.c.9.p.229.

VIII. Quiſque experimentis in ſe credere debet. L.iv.c.19.p.230.

IX. Medicamentis uti niſi in vehementibus malis ſupervacuum eſt. L. iv. c. 19. p. 232.

X. Podagricis equitare alienum eſt. L.iv. c.25.p.240.

XI. Quibus articulorum dolor certis tẽporibus revertitur, hos a curioſo victu cavere oportet, ne inutilis materia corpori ſuperſit. L.iv.c.25.p.240.

Lib. V.

I. MEdicamentorum uſum magna ex parte Aſclepiades, non ſine cau-

ſa

ſa ſuſtulit, cum omnia ferè ſtomachum lædant, malique ſucci ſint: ad ipſius victus rationem potius omnem ſuam curam tranſtulit. Verum ut illud in pleriſque morbis utilius eſt, ſic multa admodum corporibus noſtris incidere conſueverunt, quæ ſine medicamentis ad ſanitatem pervenire non poſſunt. Illud ante omnia ſcire convenit, quod omnes medicinæ partes ita connexæ ſunt, ut ex toto ſeparari non poſſint, ſed ab eo nomen trahant, a quo plurimum petunt. Ergo ut illa quæ victu curat, aliquando medicamentum adhibet, ſic illa quæ precipuè medicamentis pugnat, adhibere etiam rationem victus debet, quæ multum admodum in omnibus malis corporis proficit. L.v.*præf.*p.241.

II. Uti ſomniferis niſi nimia neceſſitas urget alienum eſt: ſunt enim ex vehementibus medicamentis, & ſtomacho alienis. L.v.c.25.p.278.

III. Eſt prudentis hominis primum, eum qui ſervari non poteſt, non attingere, ne videatur occidiſſe; quem ſors ipſius interemit. Deinde ubi gravis metus eſt, ſine certa tamen deſperatione indicare neceſſariis periclitantis in difficili rem eſſe, ne ſi victa ars malo fuerit, vel ignoraſſe, vel fefelliſſe videatur. Sed ut hæc prudenti viro conveniunt, ſic rurſus hiſtrionis eſt parvam rem attollere, quo plus præſtitiſſe videatur. L.v. c.26.p.283.

IV. Periculoſa vulnera ſunt ubicumque venæ majores ſunt, quoniam exhaurire hominem profuſione ſanguinis poſſunt. L.v. c.26.p.284.

V. Peſ-

V. Peſſima quæque plaga curva eſt: tutiſſima, quæ lineæ, modo recta eſt. L.v.c.25. p.284.

VI. Facilius ſaneſcit puer vel adoleſcens quam ſenior; valens quam infirmus: neque nimis tenuis, neque nimis plenus, quam ſi alterum ex his eſt: integri habitus quam corrupti; exercitatus quam iners: ſobrius & temperans, quam vino venerique deditus. L.v.c.26.p.285.

VI. Opportuniſſimum curationi tempus vernum eſt, aut certè neque fervens, neque frigidum. Siquidem vulnera, & nimius calor, & nimium frigus infeſtant; maximeque tamen horum varietas: ideoque perniciosiſſimus autumnus eſt. L.v.c.26.n.285.

VII. Perniciosa febris eſt, quæ vel levi vulneri ſupervenit, vel ultra tempus inflammationis durat, vel delirium movet: vel ſi nervorum rigorem, aut diſtentionem, quæ ex vulnere orta eſt, ea non finit. L.v. c.26.p.296.

VIII. Vomitus bilioſus non voluntarius, vel protinus, ut percuſſus eſt aliquis; vel dum inflammatio manet, malum ſignum eſt in his duntaxat, quorum vel nervi, vel etiam nervoſi loci vulnerati ſunt. L.v.c.26. p.296.

IX. Si lividus, aut pallidus, aut varius, aut niger color eſt; ſcire licet malum vulnus eſſe. L.v.c.26.p.296.

X. Album aut rubicundum eſſe vulnus, commodiſſimum eſt. L.v.c.26.p.296.

XI. Optimum medicamentum, quies eſt. L.v.c.26.p.298.

XII. Vinum omnibus dum febris, dum inflammatio eſt, alienum eſt. L. v. c. 26. p.299.

XIII. Omnis cancer non ſolum id corrumpit, quod occupavit; ſed etiam ſerpit. L.v.c.26.p.300.

XIV. Cancri initium quidem recipit curationem: ubi vero penitus inſedit, inſanabile eſt, plurimique ſub frigido ſudore moriuntur. L.v.c.26.p.301.

XV. Vetus ulcus ſcalpello circumcidendum eſt, excidendæque ejus oræ, & quicquid ſuper eas livet, æque incidendum L.v. c.26.p.301.

XVI. Omnis feræ morſus habent, quoddam virus. L.v.c.27.p.307.

XVII. Maxima pars venenorum frigore interimit. L.v.c.27.p.310.

XVIII. Pus quo craſſius, & albidius eſt, eo, periculi minus eſt. L.v.c.28.p.321.

XIX. Puſtulæ maxime vernis temporibus oriuntur. L.v.c.28.p.336.

Lib. VI.

I. QUO gravior inflammatio eſt, eo magis leniri medicamento debet. L.vi.c.6.p.353.

II. Aphthæ longe periculoſiſſima ſunt ulcera; ſed in pueris, quos ſæpe conſumunt. L.vi.c.11.p.386.

III. In quibuſdam hæmorrhoides parum tuto ſupprimuntur, qui ſanguinis profluvio imbecilliores non fiunt; habent enim purgationem hanc, non morbum. L. vi. c.18.p.401.

Lib. VII.

I. EAdem medicamenta ſæpe ſalutaria, ſæpe vana ſunt. L.VII.*præf.* p.405.

II. Eſſe chirurgus debet adoleſcens, aut certè adoleſcentiæ propior, manu ſtrenua, ſtabili, nec unquam tremiſcente, eaque non minus ſiniſtra quam dextra promptus, acie oculorum acri, claraque; animo intrepidus, immiſericors, ſic, ut ſanari velit eum, quem accepit, non ut clamore ejus motus vel magis, quam res deſiderat, properet, vel minus, quam neceſſe eſt, ſecet; ſed perinde faciet omnia, ac ſi nullus ex vagitibus alterius affectus oriatur. L. VII. *præf.*p.406.

III. Fere ſine cicatrice poteſt eſſe is locus qui expertus ferrum non eſt. L. VII. c. 2 p. 409.

IV. Semper ubi ſcalpellus admovetur, id agendum eſt, ut & quam minimæ, & quam pauciſſimæ plagæ ſint: cum eo tamen, ut neceſſitati ſuccurramus, & in modo & in numero. L.VII. c.2.p.409.

V. Medici partium eſt, eniti ad reperiendam ſanitatem. L.VII. c.3.p.411.

VI. Duo genera curationum ſunt, alia, in quibus eligere tempus non licet, ſed utẽdum eſt eo, quod incidit; ſicut in vulneribus, & fiſtulis: alia in quibus nullus dies urget, & expectare tutiſſimum, & facilè eſt, ſicut evenit in iis, quæ, & tardè increſcunt, & dolore non cruciant. L.VII. c.7.p.424.

INDEX

MORBORUM,

Pro faciliori captu sciendum est morborũ locos esse dispositos eodem ordine, quo & Auctores ipsi in Libro componuntur: Itaque in locis Hippocratis prior numerus sectionem aphorismi, secundus aphorismum; tertius vero paginam designat: in reliquis literæ L.M. Leges Medicinæ. M. M. Monita Medica, & C. C. Cornelium Celsum significant, & numerus, qui sequitur. paginam indicat.

De Capitis dolore.

A	*Pb. III.*	14.	29
		17	30
		23	32
	V.	22	61
		28	62
		65	72
		68	73
		69	73
	VI.	10	75
		51	84
	VII.	14	88

L.M.

L. M. 115.
M. M. 179.
C. C. 214.

De Lethargo.

Aph. III. 30 34

De Vigiliis.

M. M. 174. 175

De Vertigine.

M. M. 174. 175

De Morbo comitiali, seu Epilepsia.

Aph. II. 45 22
III. 16 30
20 31
22 32
29 34
V. 7 56
M. M. 75
C. C. 199

De Apoplexia.

Aph. II. 42 21
III, 16 30
23 32
VI. 57 85
VII. 73 99
M. M. 176

De Paralysi.

L. M.		116. 117
M. M.		176. 177
C. C.		201

De Phrenitide.

Aph. II.	2	11
III.	30	34
IV.	72	52
VII.	12	88
M. M.		182
C. C.		201. 211. 212

De Mania.

M. M.		182

De Rabie.

M. M.		183

De Melancholia.

Aph. III.	20	31
	22	32
IV.	9	37
VI.	11	76
	21	78
	23	78
	56	85
VII.	5	87
	40	92

De De-

De Desipientia.

Aph. VI.	53	85
VII.	5	87
	7	87
	10	87
	14	88
	18	89
	24	89

De Convulsione.

Aph. IV.	16	39
	57	49
	66	51
	67	52
	68	52
V.	1	55
	2	55
	3	56
	4	56
	5	56
	6	56
	22	60
	25	62
	65	72
	70	73
VI.	39	82
	56	85
VII.	9	87
	10	87
	13	88
	18	89
	25	89

De Stupore.

Aph. VII.	14	88
	40	92

De Catarrhis.

L. M.		117
M. M.		134.135.173

De Angina, & Morbis gutturis.

Aph. III.	16	30
	20	31
	22	32
IV.	34	43
	35	43
L. M.		114
M. M.		166

De Tussi.

Aph. II.	40	21
III	5	26
	13	29
	20	31
	24	32
	31	35
IV.	54	49
V.	24	61
VI	35	81
	46	83
M. M.		132.133.134

De Rau-

De Raucedine.

M. M.		130. 131

De Asthmate.

M. M.		126.127.128

De Pleuritide, & Peripneumonia.

Aph. I.	12	6
III.	23	32
	30	34
V	8	57
	15	59
VI.	5	75
	16	77
	33	81
VII.	11	88
	12	88
L. M.		114
M. M.		166.167
C. C.		215

De Hemoptoë, seu sputo sanguinis.

Aph. III.	29	34
IV.	25	41
V.	13	58
VI.	10	75
VII.	15	88
L. M.		118. 119
M. M.		169
C. C.		201. 214

De Empyemate.

Aph. V.	8	57
	10	57
	15	59
VII.	38	92
M. M.		168.169

De Phthisi, & Tabe.

Aph. III.	13	29
	29	34
IV.	8	37
V.	11	58
	12	58
	14	58
	15	59
VII.	16	88
M. M.		161.162.163
C. C.		199.214

De Palpitatione Cordis.

M. M.	135

De Virium languore, & Syncope.

L. M.	116
M. M.	135

De Singultu.

V.	3	56
	4	56
	58	69
	39	82

VII.

VII.	3	86
	17	88
M. M.		129.130

De Anorexia, Imbecillitate, & phlegmone Ventriculi.

Aph. I.	15	7
IV.	65	51
VI.	7	75
	18	77
L. M.		114.115
M. M.		136.137
C. C.		194.195.215

De Siti.

Aph. II.	11	13
IV.	19	39
	48	47
M. M.		137 138

De Vomitu.

Aph. I.	2	1
III.	21	31
	24	32
IV.	6	36
	7	37
	8	37
	9	37
	12	38
	13	38
	18	39
	22	40
V.	32	63
VI.	15	77
VII.	3	86
	8	87
	10	87

L. M. 117.118
M. M. 139.140
C. C. 197.200.210.217

De Cardialgia.

M. M. 140.141

De alvi constipatione.

M. M. 141.142.143.144

De Affectibus lienis, & Hepatis, & de fluxu hepatico.

Aph. III. 22 32
VI. 18 77
42 82
43 82
48 83
VII. 17 88
55 95
L. M. 116.119
M. M. 149

De alvi fluxu.

Aph. II. 14 14
III. 16 30
25 33
30 34
IV. 21 40
22 40
24 41
26 41
28 41
V. 12 58
14 58
34 63
65 72

VI.

VI.	3	74
	15	77
	16	77
	17	77
	32	80
IV.	37	44
	43	46
	46	46
	47	47
	48	47
	49	47
	50	48
	56	49
	66	57
V.	64	61
VI.	54	85
VII.	1	86
	72	99
L. M.		111.112
M. M.		156.157
C. C.		200

De Febribus intermittentibus.

Aph. IV.	30	42
	43	46
	63	51
L. M.		112.113
C. C.		218

De Tertiana, quotidiana, & quartana intermittente.

Aph. II.	25	17
III.	17	30
	21	31
	22	32

IV.

IV. 43 46
59 50
63 51
V. 70 73
M. M. 152 153.154.155
C.C. 201.211

De Hectica.

M. M. 157.158

De Febribus malignis, Ardentibus, & Pestilentibus.

Aph. III. 21 31
IV. 54 49
58 50
VI. 26 79
L. M. 113
M. M. 158.159
C.C. 210

De Convulsione in Febribus.

Aph II. 26 17
IV. 57 49
66 51
67 52
68 52
V. 5 56
71 73

De Sudore in Febribus.

Aph I. 12 6
IV. 36 43
37 44
56 49

De Ri-

De Rigore in Febribus.

IV.	29	42
	46	46
	58	50
	63	51
V.	17	59
	20	60

De Victu Febricitantium.

I.	11	5
	16	8
	19	9
IV.	27	41
VII	65	97
	67	98
C. C.		207 216

De Cibo.

C. C. 194.195.196.198.204.205.207.208.
209

De Morbis Oculorum, Opthalmia, dolore, & variis visus. læsionibus.

Aph. III.	12	28
	14	29
	17	30
	31	35
IV.	49	47
	52	48
VI.	31	80

	56	85
VII	3	86
	48	93
M. M.		167.179.181

De Odontalgia, & Morbis dentium.

Aph. III.	25	33
IV.	53	49
V.	18	60
M. M.		138.139.177.178

De Morbis Aurium, dolore, & Auditus læsionibus.

Aph. III.	5	26
	17	30
	21	31
	24	32
	31	35
IV.	49	47
	60	50
VI.	10	75
M. M.		179.180.181.182

De Morbis Narium.

Aph. III.	27	33
	31	35
	49	47
	60	50
	74	53
V.	33	63

35 64
VI 2 74

De Morbis oris, & Linguæ.

III. 21 31
25 33
VI. 32 80
VII. 40 92

De Tumoribus præternaturam.

Aph. IV. 34 43
35 43
V. 25 62
65 72
66 72
VI. 37 81
48 83
52 84
VII. 5 87
23 89
30 90
C.C. 203

De Diarrhea, Dysenteria, Cholera, Lienteria, Cæliaca passione, & Tenesmo.

Aph. IV. 12 38
VI. 1 74
43 82
L. M. 117
M. M. 145.146.147.148

De

De Ventris dolore, & Colica.

IV.	11	37
	66	51
VI.	7	75
VII	22	89
	26	89
	39	92
L. M.		120
M. M.		150.151

De Iliaca passione, sive Volvulo.

III.	22	32
VII.	10	87
M. M.		144.145

De Hernia.

M. M.		151

De Morbis Hypochondriorum, nec non de Hypochondriaca affectione, & Scorbuto.

Aph. IV.	64	51
	73	53
V.	64	71
VI.	40	80
M. M.		183.184

De Ictero.

IV.	62	51
	64	51
V.	72	79
VI.	42	82
M. M.		165
C. C.		200

De Cachexia, & Hydrope.

III.	22	32

IV.

IV.	11	37
VI.	8	75
	12	76
	14	76
	27	79
	35	81
VII.	5	87
	47	93
	55	95
L. M.		120
M. M.		163.164.165
C. C.		212 213 214

De Atrophia.

M. M. 161

De Hemorrhagia, & mictu cruento.

L. M. 118

M. M. 168.172

De Diabete.

L. M. 118

De Morbis Renum, & Vesicæ.

Aph. III.	16	30
	22	32
	31	35
IV.	75	53
	76	53 54
	77	54
	78	54
	79	54
	80	54
	81	55
	82	55
V.	58	69
VI.	6	75

	11	76
	18	77
	44	83
VII.	31	90
	34	91
	35	91
	36	91
	39	92
L. M.		115
M. M.		170.171.172

De Ischuria renali.

M. M.		169.170

De Dysuria, & Stranguria.

M. M.		172

De Affectibus hæmorrhoidum.

Aph. III.	30	34
VI.	11	76
	12	76
	21	78
M. M.		149.150
C. C.		218

De Arthritide vaga, & fixa.

Aph. III.	16	30
	20	31
	31	35
IV.	31	42
	44	46
	45	46
	74	53
V.	25	62
VI.	28	80
	29	80
	30	80
	55	85
	59	86

	60	86
M. M.		180.181
C. C.		215

De Morbis chronicis.

M. M.		124.125
C. C.		199

De Febribus in genere.

M. M.		155.156
C. C.		203

De Continuis, & acutis.

Aph. I.	14	7
II.	19	15
III.	7	27
	9	27
	11	28
	21	31

De Bubonibus.

Aph. IV.	55	49

De Tuberculis.

Aph. II.	15	14
III.	20	31
	26	33
	44	46
	45	46
	82	55
VII.	8	87
	57	95

De Erysipelate: & Inflammatione.

Aph. III.	24	32
V.	23	61
	43	65
VI.	25	79
	40	82
VII.	19	89
	20	89

L. M.

L. M. 121
M. M. 165
C. C. 211.218

De Pustulis, & Herpete.

Aph. III. 20 31
V. 22 61
C. C. 218

De Sphacelo.

Aph. VII. 50 94

De Vulneribus.

V. 2 55
66 72
VI. 18 77
19 78
C. C. 216.217.219

De Ulceribus.

Aph. III. 20 31
21 31
IV. 75 53
V. 20 60
22 61
23 61
VI. 4 74
8 75
45 83
VII. 21 89
L. M. 122
C. C. 217.218

De Scirrho, & Cancro.

Aph. VI. 38 81
L. M. 122
C. C. 218

De Oedemate, & Hidrocephalo.

L. M. 121
M. M. 173.174

De Va-

De Variolis.

M. M. 160.161

De Gonorrhæa.

M. M. 184

De Morbis Uteri, suppressione Mensium, fluore albo, suffocatione Uteri, Morbis Gravidarum, partu difficili, & Puerperis.

Aph. III. 12 28
28 34
IV. 1 35
V. 22 60.61
28 62
29 62
30 63
31 63
32 63
33 63
34 63
35 64
36 64
37 64
38 64
39 64
41 65
43 65
44 65
45 65.66
46 66
47 66
49 67
50 67
51 67
52 67
54 68
55 68

56 68
57 68.69
58 69
59 69.70
60 70
61 70
62 70.71
VI. 29 70
M.M. 184.185.186.187.188.189
C.C. 201

De Purgatione.

L. M. 110.111
C.C. 197.210

De Sanguinis missione.

L. M. 108.109
C.C. 202.203.210.212

De Generali medicatione.

L. M. 106.107.108

FINIS.